LIBRARY OF PRINCETON

OCT 0 2 2018

THEOLOGICAL SEMINARY

W. Henry Green

Princeton N.J.

June 1856

LEXICON

MANUALE

HEBRAICUM ET CHALDAICUM.

LEXICON

DER

MYTHOLOGIE UND SYMBOLIK

LEXICON

MANUALE

HEBRAICUM ET CHALDAICUM

IN QUO

OMNIA LIBRORUM VETERIS TESTAMENTI VOCABULA AD ORDINEM ALPHABETICUM DIGESTA, NECNON LINGUÆ SANCTÆ IDIOMATA EXPLANANTUR, TANDEM LOCA SACRI TEXTUS DIFFICILIORA SCOLIIS SEU BREVIBUS COMMENTARIIS ILLUSTRANTUR,

CUM INDICE LATINO VOCABULORUM.

OPUS SUMMO VIRO **QUATREMÈRE** DEDICATUM.

Auctore

J. B. GLAIRE,

Decano, et Scripturæ sacræ Professore in sacrâ Facultate Theologiæ Parisiensi.

EDITIO ALTERA MULTISQUE MODIS EMENDATA, AUCTA ATQUE LOCUPLETISSIMA.

PARISIIS,

APUD MEQUIGNON JUNIOREM ET J. LEROUX,

FACULTATIS THEOLOGIÆ BIBLIOPOLAS.

1843.

Ex typis Wittersheim, via dicta Montmoreney, 8.

SUMMO VIRO

QUATREMÈRE.

Cùm jàm Ill. de Sacy, quem deflendum nunquàm satis Orientales lugent litteræ, Lexicon hocce, ubi primùm in lucem prodiit, sacrum sibi esse haud fuerit dedignatus, gaudeo vehementer, quòd idem per tuam in me singularem benevolentiam, nunc denuò typis mandatum, Viro nuncupare mihi liceat, qui solus in orbe erudito illi æquiparari meritò possit. Equidem vix ullum in re grammaticâ parem habuit Cl. de Sacy; verùm quis unquàm, sicut Tu, Vir eximie, tot et tantas ex uberrimis Arabiæ, Persiæ, Armeniæ et Ægypti fontibus opes hausit collegitque? Arabiæ præ cæteris damnum factum est in illo maximum; nequaquàm tamen, te superstite, non resarciendum. Ipse etenim in arabicis eruditione atque doctrinâ te jactare solebat. Imò haud semel, me præsente, exclamavit : Étienne Quatremère est l'orientaliste le plus capable et même le seul capable de faire un bon Dictionnaire arabe. *Quæ quidem verba eò magis referre juvat, quòd non solùm tibi, Vir clarissime sed et Galliæ ipsimet permagnæ laudi omninò sunt.*

Vale.

J. B. GLAIRE, PRESBYTER.

PRÆFATIO.

Ne linguæ sacræ cultores lateat, quæ potissimùm causa fuerit, cur diventidis jàm dudùm omnibus Lexici mei exemplaribus, illud denuò typis mandandum nondùm curaverim, scire eos volo, cùm ex anno 1830, quo primùm in lucem prodiit, lætiora in Galliis incrementa ceperint hebrææ litteræ, aliud planè opus elaborandum fuisse atque concinnandum. Præterà etsi laudem non minimam de iis qui orientalibus studiis dant operam omnium manibus trita G. Gesenii et G.-B. Wineri Lexica meruerint, fatendum tamen est, in iis multa reperiri, quæ cum veritate hebraïcâ haud minùs graviter, quàm cum divinâ Revelatione pugnant. Enimverò doctissimi viri illi, utpotè *rationalismi* fautores, nusquàm hebraïcam vocem aut sententiam ad alienum sensum non detorquent ubi genuinum *supranaturalismo* favere deprehendunt. Quod si autem adeò clari et perspicui sint vocabulorum significatus, ut ne in dubium quidem ullo modo vocari possint, scriptores sacros erroris superstionisve insimulare minimè pudet eos. Deindè sæpiùs et quidem levioribus de causis ab eâ quam *communem* vel *vulgarem* nuncupant, opinione deflectit Gesenius; nec non fucum

facit densissima illa *radicum sanscritarum, persicarum, græcarum, latinarum, gothicarum aliarumque his finitimarum* silva, quâ totum horrescit ejus *Lexicon Manuale*. Indè rogârunt me optimi viri, ut in his castigandis emendandisque operam darem. Quorum precibus deesse nolens, munus delatum in me recepi, quamquàm intelligebam haud pauca et ardua mihi præstanda superesse, hancque editionem, novo labore suscepto, retardatum iri. Jam verò cùm multò majorem in molem excreverit liber, præcipuas tantùm, quas in hâc editione elaborandâ secutus sum, rationes, paucis exponam.

Et primùm quidem *Manuale Gesenianum*, quod, nemo inficias ibit, concinnitate cæteris facilè præstat, magnâ ex-parte secutus sum, servatis haud rarò ipsissimis verbis. Attamen Christ. Stockii vestigia premens, Lexicon chaldaïcum ab hebraïco sejungendum duxi; hâc nimirùm fretus ratione, quod, cum in Bibliis, quæ chaldaïcâ dialecto conscripta sunt, non ubivis dispersa jaceant, sed, si Jer. 10, 11 excipias, plura capita tenore ferè uno legantur, tironibus usum præberem commodiorem. Eamdem ob causam, et aliundè expostulantibus permultis viris doctis, vocabula non ad radicum ordinem sed litterarum alphabeticarum digessi, subjecto tamen cuique Derivato nomini suo proprio stemmate. Prætereà hunc ipsum litterarum alphabeti ordinem prout in vocabulis adhibetur paululùm immutavi; namque haud mistim ּ et ּ composui, sed, Arabum more, priorem locum characteri ּ, posteriorum verò ּ ubiquè vindicavi.

Deindè appellativis nominibus hominum locorumque propria adjeci ferè omnia. Equidem, Gesenii neglecto exemplo, eorum internam significationem subjungere non tentavi; sed

facilè, ut spero, veniam dabunt periti, quos non latet rem esse perarduam, adde et usûs ferè nullius.

Tùm nihil non egi, ut vocabulorum primariam vim nativamque detegerem. Hinc etymis quamdam, sed tantùm ut par erat, tribui auctoritatem; namque, fatebor, pleraque à doctoribus allata, cùm distorta sint, parùm firmam præ se ferunt auctoritatem; undè fit ut sæpiùs etiam etymologici viri mirum in modum inter se discrepantes, et quasi alternis ipsimet pedibus insistentes, nullam aliis viam ab errore tutam præstare possint. Præter quàm quòd nullum idioma exstat, nulla omninò lingua, in quam usus complures non invexerit significatus, invitâ prorsùs, imò reluctante etymologiâ.

Porrò ad enucleanda vocabula, quæ ob rariorem usum abstrusæ essent significationis multùm adjutus sum subtiliùs observatâ elementorum et radicum mutuâ necessitudine, seu collatione verborum nominumve, ut nuncupant, *vicinorum, affinium, cognatorum*. Signa autem numerorum arabica singulis præmisi significationibus, quæ diversæ sunt aut esse videntur. Jàm verò, cùm ad linguas penitùs intelligendas haud sufficiat vocum vim propriam atque potestatem novisse, nihil potius habui, quàm ut linguæ sanctæ idiotismos exponerem. Indè in obscuriora, adeòque difficiliora Bibliorum loca aliquam lucem affundere conatus sum, adjectis identidem adnotationibus, quæ commentariorum aut scoliorum vices explerent.

Ad verborum nominumque declinatus quod attinet, tironum gratiâ potiores adscripsi, et quidem illos maximè qui vel anomalorum verborum essent vel à legitimâ inclinatione aliquantulùm deflecterent.

Duobus astericis (*—*) vocabula haud pauca sententiasque

integras interclusi, quæ novè et feliciùs explanasse mihi visus sum. An tamen ubiquè rem acu tetigerim, judicent Eruditi qui saltem viginti annos in hebraïcis litteris consumpserunt.

Tandem denuò dicam, quod jam in primâ editione animadverti : « Mirum denique non sit, si, cùm mentionem fecerim de quibusdam scriptis (qualia sunt Bocharti *Hierozoïcon,* Celsii *Hierobotanicon,* Braunii *de Vestitu Sacerd. Hebræor.*, atque Schrœderi de *Vestitu Mulierum Hebr.*), ne caput quidem libri vel paginam adnotaverim ; quippè illis annexus est singularum vocum index ad alphabeticum digestus ordinem. »

Scribebam Pariis Kal. Julii ann. 1843.

LEXICON HEBRAICUM.

א

א Prima alphabeti littera hebraicè אָלֶף *Alef* sonans; in numeralibus *unitatis* nota. Ex litteris gutturalibus lenissimam habet pronunciationem, et leni gutturis, vel potiùs pulmonis, halitu profertur, ut Græcorum spiritus lenis, Gallorumque *h* in voculis *habit*, *homme*. Non nunquam transiit in ה et ע ob eam quam admodùm vicinam pronunciationem habent tres istæ litteræ. Sed ubi magis emolienda est, transit in quescibiles ו et י.

Ad *vocum conformationem* quod attinet, notand. 1) Hebræos sæpiùs א vocali carens ob initio vocum abjicere per aphæresin. 2) eosdem præponere ab initio vocabulorum א prostheticum; quod tunc potissimum fieri solet, ubi vocabulum à duabus consonantibus Scheva mobili tantùm distinctis insipit, veluti אֶזרוֹעַ, זְרוֹעַ *brachium*, etc. אָב m. constr. אֲבִי, et quandoque in nominib. propr. compos. אַב; cum suffix. אָבִי, אָבִיךָ, אֲבִיכֶם, 1 pers. אָבִי; pl. אָבוֹת, constr. אֲבוֹת, suff. אֲבֹתַי, אֲבֹתָם, אֲבוֹתֵיכֶם, et אֲבֹתֵיהֶם *pater*, nom. forsan primitiv., etsi forma grammatica ad verbum אבה illud referat, et quasi pro אָבֶה dictum videatur. Primar. significatio est *pater*, utGen. 44, 19, 20. Ps. 103, 13, etc. Sed cùm *patris* notio alias includat, veluti originis, pietatis curæ et auctoritatis paternæ, dicitur etiam 1) de *quovis ex majoribus* 1 Reg. 15, 11 : 2 Reg. 14, 3. 15, 38. 16, 2 etc., ut de *avo* Gen. 28, 13. 31, 42. 32, 10. 37, 35, *proavo* Num. 18, 1, 2 : 1 Reg. 15, 11, 24, etc. Sæpissimè ità in plur. אָבוֹת *majores* Gen. 15, 15. Ps. 45, 17. De formulâ נֶאֱסַף אֶל־אֲבוֹת v. sub voc. אָסַף. 2) de *conditore*, *auctore gentis* Gen. 4, 21. 10, 21. Jos. 24, 3 etc. 3) de *auctore* rei, spec. de creatore Job 38, 28: *num pluviæ est pater?* i. e. creator. Hoc quidem sensu Deum vocari *patrem hominum*. Jes. 63, 16. 64, 7. Deut. 32, 6. non refugio modò non excludatur paternæ pietatis atque benevoli ergà homines animi notio, quam ibidem vox אָב manifestò præ se fert. 4) de *altore*, *nutritore* Job 29, 16. Ps. 68, 6, etc. 5) de *doctore*, *magistro* 1 Sam. 10, 12; atque hinc sacerdotes et prophetæ utpote magistri divina auctoritate instructi, patris nomine, honoris causa, salutantur, etiam à regibus 2 Reg.

2, 13. 5, 13. 6, 21. 13, 14. (cf. 8, 9.) Jud. 17, 10, etc. Hinc *pater regis* dicitur is, qui regi est à consiliis supremis, quem hodiè *Vesirum* appellant Orientales; וַיְשִׂימֵנִי לְאָב לְפַרְעֹה *constituit me patrem Pharaonis*, Gen. 45, 8. Sic intelligebant veteres nonnulli illud Gen. 41, 43: אַבְרֵךְ explicantes *patrem regis* vel *terræ, regni.* 7) poeticè de eo quod tam arctè conjunctum est, ut naturali quasi vinculo adhæreat: sic Job 17, 14, *putredini clamavi* אָבִי אַתָּה *pater meus tu es.* A voc. אב multa sunt nomina propria, quæ suo loco reperire est. * Dubiæ admodùm interpretationis est אֲבִי, in Job. 34, 36: אֲבִי יִבְחַן אִיּוֹב Vulg. *pater mi probetur Job.* LXX *verùm enim verò disce Job.* Syr. et Arab. *verè exploratus est.* Chald. *cupiens ego ut probetur.* Verùm insolentius est Deum compellari; quippè bis tantùm in Vet. Test. (Jes. 63, 16, et 64, 7), *patris* appellatio Deo tribuitur. Nec ratio perspicitur cur hoc loco illâ compellatione utatur Elium, quæ aliundè sententiam languentem omninò reddit. Haud multùm displicet Chald. אָב vel אָבָה *voluntatem* sive *desiderium* vertens, à radice אָבָה, quamquàm hujus formæ nullum aliud vestigium exstat. Sed magis arridet eorum opinio qui אֲבִי defectivè scriptum volunt pro אָבִיא *adducam, afferam*, à verbo בוא in quo sæpiùs deficit א. Vid. בוא. Undè sensus est: *adduco* (quo) *Job exploretur.* Hoc maximè suadent orationis series et ipsum argumentum. *

אָב m. *viror*, de herba; suffix. אָבוֹ *viror ejus*, Job. 8, 12. Pl. constr. אִבֵּי הַנְּחָל *virores vallis.* Vulg. *poma* ex signific. chaldaic. Cant. 6, 11. Rad. אבב.

אבב Hebr. inusit. Chald. in *Pa.* אַבֵּב est *fructus protulit*, maxime primos et præcoces. Deriv. אָבִיב, אֵב.

אֲבַגְתָא n. pr. viri Esth. 1, 10.

אָבַד; part. activ. אֹבֵד, constr. אֹבַד, Deut. 32, 28. pl. אֹבְדִים, inf. abs. אָבֹד, constr. אֲבֹד, cum suff. אֲבָדְךָ, in pausâ אֲבָדֶךָ; fut. יֹאבַד et יֹאבֵד; signif. 1) *amissus est*; imprimis de pecore in desertis oberrante Deuter. 26, 5. de ove amissâ et oberrante Ps. 129, 176, etc. De homin. Deut. 26, 5. Jes. 27, 13. et de reb. ut de rivis in deserto evanescentibus Job. 6 18; et metaph. de sapientiâ exstinctâ Jes. 29, 14. Hinc 2) *periit, interiit* de hominib. aliisque animantib. Ps. 37, 20. Job. 4, 11; interdum adject. מֵעַל הָאָרֶץ Deut. 4, 26. 11, 17. Jos. 23, 13, 16; it. de terrâ domibusque, quæ vastantur Jer. 9, 11. Am. 3, 15; metaph. de spe, voto, desideriis, quæ irrita cadunt Ps. 9, 19. 112, 10. Prov. 10 28. 11, 7. Eze. 12, 22. Constr. cum ל pers. 1 Sam. 9, 3. 20; it. cum מִן Deut. 22, 3. Job. 11, 20, etc. 3) *miser, infelix fuit* de eo qui in præsenti periculo versatur. Job. 29, 13. 31, 19. Proverb. 31, 6. — * Hinc deniquè *evanuit, deletus est* (*disparaître, s'effacer*); sic intelligendum istud Ps. 2, 12: וְדֶרֶךְ רְשָׁעִים תֹּאבֵד *et semita improborum delebitur* i. e.

vestigia semitæ, Deo jàm non curante, ut proborum hominum viam curat, adeò delebuntur, ut non videant improbi, ubi pedem reponant. Semita enim cui nulla cura impenditur, sensim tegitur herbis crescentibus, ità ut mox ex oculis prorsùs evanescat. Sic etiam expediendum Ps. 2, 12 : וְתֹאבְדוּ דֶּרֶךְ *et pereatis semitâ*, seu *quoad semitam*, i. e. et deleatur semita vestra. *

Pi. אִבֵּד, fut. cum ו conv. et suff. וָאֲאַבֵּדֵךְ Ezech. 28, 16, pro וָאַבֶּדְךָ. Dicitur de hominib. et de reb. inanim. 1) *pro amisso habuit* Eccl. 3, 6. — 2) *dispersit* Jer. 23, 1.—3) *perdidit corrupit* Eccl. 7, 7. cum מִן *exstirpavit*, *abstulit*. Jer. 51, 55. *vastavit* 2 Reg. 19, 18. Num. 33, 52. Deuter. 12, 2. *dilapidavit* rem familiarem Prov. 29, 3. *occidit, necavit, exstirpavit* Esth. 3, 9 . 13: 2 Reg. 11, 1. 13, 7.

Hiph. הֶאֱבִיד. fut 1. pers. cum ה parag. אַאבִידָה Jer. 46, 8. pro אַאבִידָה. Sign. *perdidit*, *delevit*, ut homines populosque Deuter. 7, 10. 8, 20; interdum addit. מִקֶּרֶב הָעָם Lev. 23, 30, מִתַּחַת הַשָּׁמַיִם Deuter. 7, 24, it. *vastavit* terram Soph. 2, 5, *ademit* spem Job. 14, 19. Derivata sequuntur.

אֹבֵד m. 1) *miser*, *infelix*, v. verbum no. 3.—2) nom. participiale *perditio* Num. 24, 20, 24.

אֲבֵדָה f. constr. אֲבֵדַת 1) *res perdita, amissa* Ex. 22, 8. Lev. 5, 22, 23.—2) *locus perditionis*, *orcus* Prov. 27, 20. in Chethib.

אֲבַדּוֹן m. 1) *exitium* Job. 31, 12. — 2) *locus exitii*, *barathrum*, ut ferè synony. שְׁאוֹל Job. 26, 6. 28, 22. Prov. 15, 11.

אֲבַדָּן m. *excisio*, *occisio* (activè) *cædes* Esth., 9, 5.

אֹבֶדֶן, constr. אֹבַדַן m. *perditio* (passivè), *interitus* Esth. 8, 6.

אָבָה, 3 pl. אָבוּא, Jes. 28, 12, pro אָבוּ, cum א parag. arab. more; fut יֹאבֶה, sed Prov. 1, 10 תֹּאבֶא occurrit; *propensus*, *proclivis*, *pronus fuit*; hinc *voluit* et *desideravit*, *cupivit*, *eguit*; sæpiùs additâ negatione. Constr. cum infin. vel nudo Deut. 2, 30. 10, 10. 25, 7. Jes. 30, 9. vel cum præf. לְ, quod quidem posterius magis pedestris orationis est. Exod. 10, 25. Lev. 26, 21 : 2 Sam. 13, 14. 16. Job 39, 9, etc. Cum לְ pers. *facilem se præbuit alicui, obtemperavit, obsecutus est.* Deuter. 13, 9. Psal. 81, 12. Prov. 1, 30. Deriv. אֲבִיוֹנָה, אֶבְיוֹן, אֲבוֹי, אֵבָה.

אֵבָה masc. *voluntas*, *desiderium*; sic communiter undè Job 9, 26 : אֳנִיּוֹת אֵבָה *naves desiderii*, id est cum desiderio ad portum prosperantes, seu veloces, ut vertit Symmach. Al. *naves poma portantes*, ut Chald. et Vulgat. Al. *naves arundineæ*, *papyraceæ*, ex papyro niloticâ contextæ; nam Arab. אַבָּאָה est *arundo palustris*, vel *arundinetum*; et Æthiop. אבוי abawi, *Nilus*; præterea navigia papyro contexta frequentissimo usui Ægyptiis et Æthiopibus fuisse, neminem latet. « Quam exhibent 44 libri MSS. lectionem איבה, inquit

W. Gesenius, haud dubie illa cum Syro interprete efferenda est אִיבָה atque expliquanda de navigiis hostilibus, prædatoriis, quæ velocissimo impetu per mare feruntur ac satis commode in altero hemistichio aquilæ junguntur in prædam irruenti. Sed idem illud potest significari scriptura vulgari, modo pro אֵבָה scribitur אֶבָה».

אֶבַח undè quid. deducunt voc. אֲבִי Job 34, 36, sed vid. אב sub finem.

אֶבְיוֹן *paupertas, miseria* Prov. 23, 29. Aliis est interject. *heu, eheu!* Sed contextui minùs aptum videtur. Rad. אָבָה.

אֵבוּס m. ex Syriasmo pro אֲבוּס; cum suff. in pausâ אֲבוּסֹךְ pro quo alii legunt in plur. אֲבוּסֵיךְ; sign. *locus, ubi saginatur* pecus, vel *præsepe*, ut LXX, Vulgat. et alii veteres interpretes, vel *stabulum*, Job. 39, 9 (12). Prov. 14, 4. Jes. 1, 3. Rad. אָבַס.

אבח radix inus. undè

אִבְחָה vel אֲבָחָה f. constr. אִבְחַת חֶרֶב forsan *mactatio gladii*. Eze. 21, 20. « Ut dicam quod sentio, inquit W. Gesenius, scriptura in illo Ezechielis loco mihi laborare videtur, sic restituenda : טִבְחַת חֶרֶב *mactatio gladii*. Firmant conjecturam *LXX* σφάγια ῥομφαίας, Chald. קְטָלִי חַרְבָּא, et quæ consequuntur : *cæ, redditus est coruscus et exacutus ad mactandum* (לְטִבְחָה). Cf. v. 14. 15. Sæpenumerò voc. gr. σφάγιον σφαγή exprimuntur hebr. טֶבַח, טִבְחָה. »

אֲבַטִּיחִים m. pl. *melones ægyptii, cucurbitæ citrulli*, Numer. 11, 5.

אֲבִי et אֲבִיָּה n. pr. f. 2 Reg. 18, 2; 2 Par. 29, 1.

אֲבִי־עַלְבוֹן n. pr. viri 2 Sam. 23, 31, qui etiam אֲבִיאֵל 1 Par. 11, 32, vocatur.

אֲבִיאֵל n. pr. viri 1 Par. 11, 32. qui et אֲבִי־עַלְבוֹן. it. alius viri 1 Sam. 9, 1. 14, 51.

אֲבִיאָסָף n. pr. viri Ex. 6, 24, qui 1 Par. 6, 8, 22. 9, 19 אֲבִיסָף vocatur.

אָבִיב m. *arista, spica* Lev. 2, 14. Ex. 9, 31 : חֹדֶשׁ הָאָבִיב *mensis spicarum*, posteà נִיסָן dictus, sic vocabatur, quia tunc temporis hordeum erat in aristâ. A novilunio Aprilis (Martii juxta Rabbin.) orditur, et primus est veteris anni mensis. Ex. 13, 4. 23, 15. Deuter. 16, 1. Rad. אבב

אֲבִיגַיִל n. pr. duar. feminarum quæ et אֲבִיגָל dicuntur. 1 Sam. 25, 3, 14 : 2 Sam. 3, 3. 17, 25; 1 Paral. 2, 15.

אֲבִידָן n. pr. viri Num. 1, 11. 2, 22.

אֲבִידָע n. pr. viri Gen. 25, 4.

אֲבִיָּה n. pr. 1 Sam. 8, 2 : 1 Paral. 7, 8 : 1 Reg. 14, 1 : 1 Paral. 24, 10. Neh. 10; 8. it. n. pr. mulieris 1 Par. 2, 24.

אֲבִיָּהוּ et אֲבִיָּה n. pr. rex Judæ 2 Paral. 13, 1 sqq., in libris Regg. constanter אֲבִיָּם scriptus 1 Reg. 14, 31. 15, 1, 7, 8.

אֲבִיהוּא n. pr. viri Lev. 10, 1 sqq.

אֲבִיחַיִל n. pr. mul. 1 Par. 2, 29.

אֶבְיוֹן, pl. אֶבְיוֹנִים, constr. אֶבְיוֹנֵי; sign. 1) *egenus, pauper* Ex. 13, 6. Deut. 15, 4, 7, 11. 2) *oppressus, miser* Psalm. 40, 18. 70, 6. 86, 1.

109, 22. Dicitur præsertim de iis qui immerita patiuntur, quanquam pii Dei cultores, Ps. 12, 6. Jes. 29, 19 (21). 41, 17. Amos 2, 6. Rad. אָבָה.

אֲבִיוֹנָה f. propr. *appetitus, concupiscentia*; hinc *bacca capparis*, quæ et appetitum et venerem instigare dicitur, Eccl. 12, 5. Rad. אָבָה.

אֲבִיחַיִל n. propr. viror. Num. 3, 35. Esth. 2, 15. 9, 29; et mulieris 2, Par. 11, 18.

אֲבִיטַל n. pr. mulier. 2 Sam. 3, 4.

אֲבִיהוּ vid. אֲבִיָּהוּ.

אֲבִימָאֵל n. propr. vir. Gen. 10, 28: 1 Par. 1, 22.

אֲבִימֶלֶךְ n. pr. complurium regum in terrâ Philistæorum, ac diversis quidem temporibus Gen. 20, 2 sqq. 21, 22 sqq. 26, 1 sqq. — it. alior. viror. 8, 31 sqq. 9, 1 sqq. 2 Sam. 11, 21: 1 Par 18, 16.

אֲבִינָדָב n. pr. viror. 1 Sam. 7, 1. 16, 8. 17, 13. 31, 2: 1 Reg. 4, 11.

אֲבִינֹעַם n. pr. viri Jud. 4, 6. 5, 1.

אֲבִינֵר n. pr. viri 1 Sam. 14, 50. alibi אַבְנֵר q. v.

אֲבִיעֶזֶר n. pr. viri Jos, 17, 2 et meton. ejus posteri Jud. 6, 34. 8, 2. Nom. patronym. אֲבִי הָעֶזְרִי Jud. 6, 11. 24. 8, 32. Indè decurtat. אִיעֶזְרִי Num. 26, 30 et nom. patronym. אִיעֶזְרִי ibid. — it. alterius viri 2 Sam. 23, 27: 1 Par. 11, 28. 27, 12.

אָבִיר m. constr. אֲבִיר *fortis, validus, potens*, Gen. 49, 24. Jes. 1, 24. Rad. אָבַר.

אַבִּיר m. pl. אַבִּירִים; constr. אַבִּירֵי, suff. אֲבִירַי; 1) *fortis, validus, heros* Thren. 1, 15. Jer. 46, 15. et forsan Jud. 5, 22, ubi alii de *equis* intelligunt, quod contextui minùs congruere videtur. Cum לֵב, *animo valens* Ps. 76, 6. it. *contumax, pervicax*, Jes. 46, 12. poet. de tauris Ps. 22, 13. 50, 13 et metaph. de principib. Ps. 68, 31. de equis Jer. 8, 16. 47, 3. 50, 11. — 2) *potens, nobilis* Job. 24, 22. 34, 20. Hinc *cibus nobilium* s. *principum*, i. e. cibus delicatior, exquisitus Ps. 78, 25. Cf. Jud. 5, 25. *præfectus, princeps* 1 Sam. 21, 8.

אֲבִירָם n. pr. virorum Num. 16, 1. 12. 26, 19: 1 Reg. 16, 36.

אֲבִישַׁג n. pr. mul. 1 Reg. 1, 3. 2, 17.

אֲבִישׁוּעַ n. pr. virorum 1 Par. 8, 4. 6, 4, 5, 50. Esr. 7, 5.

אֲבִישׁוּר n. propr. viri 1 Paral. 2, 28, 29.

אֲבִישַׁי n. pr. m. vir. 1 Sam. 26, 6 sqq. 2 Sam. 2, 18. 24; dicitur אַבְשַׁי 1 Sam. 10, 10.

אֲבִישָׁלוֹם n. pr. vir. 1 Reg. 15, 2, 10 qui 2 Par. 11, 20, 21 אַבְשָׁלוֹם.

אֲבִיתָר n. pr. vir. 1 Sam. 22, 20 sqq. 23, 6. 30, 7: 2 Sam. 15, 24.

אָבַךְ probab. *volvit, convolvit*, it. *implicuit*, vicin. est בּוּךְ *implicare, perplexum, intricatum esse.*

Hithp. Jes. 9, 17: וַיִּתְאַבְכוּ גְּאוּת עָשָׁן *et convolvuntur elatione fumi*; i. e. convoluti surgunt et evanescunt. Hoc sensu Vulgat.

אָבַל fut. יֶאֱבַל; *luxit* sequent. עַל Hos. 10, 5. Am. 8, 8. Propr. signif. esse videtur *languere, capite demisso incedere* (cf. vicin. בָּלַהּ, נָבַל, נָפַל, quod faciunt lugentes; transfertur autem à habitu cultuque lugentium

ad vocem et ejulationem (v. אָבַל). Poet. de rebus inanimat. Jes. 24, 4. 7. 33, 9. Amos 1, 2.

Hiph. הֵאֱבִיל *fecit lugere*, *luctum attulit* Ez. 31, 15, fut. conv. וַיַּאֲבֵל *et luctum attulit* Thren. 2, 8.

Hithpa. propr. *lugentem se gessit*, hinc *luxit*, i. q. Kal, maxime in sermone pedestri, cum illud orationi poët. pr. sit Gen. 37, 34. Exod. 33, 4, cum אֶל et עַל pers. 1 Sam. 15, 35 : 2 Sam. 13, 37. Derivat. protinùs sequuntur.

אֵבֶל constr. אֲבַל plur. אֲבֵלִים, constr. אֲבֵלֵי, suff. אֲבֵלָיו f. אֲבֵלוֹת, *lugens* Gen. 37, 35. Esth. 6, 12. Jes. 57, 18. 61, 2, 3. Ps. 35, 14, etc. — אָבֵל (sed significat. *loci graminosi*, *vireti*, ex Arab. deductâ, ut volunt) præmissum aliis vocabulis abit in nom. propr. locor. complurium; sic 1 Sam. 6, 18, nisi pro אָבֵל הַגְּדֹלָה legend. אֶבֶן הַגְּדֹלָה, quod fermè flagitant vers. 14. 15, et expresserunt LXX cum Syro. — אָבֵל בֵּית־מַעֲכָה oppidum Manassitarum 2 Sam. 20, 14, 15 : 1 Reg. 15, 20 : 2 Reg. 15, 29, alibi אָבֵל־מַיִם 2 Par. 16, 4 coll. 1 Reg. 15, 20, et simpl. אָבֵל 2 Sam. 20, 18. — אָבֵל הַשִּׁטִּים Numer. 33, 49 locus in campestribus Moabi, idem forsan qui ibidem 25, 1, et Mich. 6, 5. simpl. שִׁטִּים. — אָבֵל כְּרָמִים Jud. 11, 33, pagus Ammonitarum, אָבֵל מְחוֹלָה vicus in tribu Issachar, Jud. 7, 22 : 1 Reg. 4, 12. 19, 16. — אָבֵל מִצְרַיִם area haud procul ab Jordane quod loco cit. ita explicatur, ut appareat, scriptorem sacrum sine punctis legisse, et אֵבֶל מִצְרַיִם (*luctus Ægyptiorum*) pronuntiasse, Gen. 50, 11.

אֵבֶל m. suff. אֲבָלִי; *luctus*, Gen. 27, 41. Jerem. 6, 26. Mich. 1, 8: עָשָׂה אֵבֶל לְ *luctum alicui instituit* Gen. 50, 10.

אָבֵל adverb. *profecto*, *certo* Gen. 42, 21 : 2 Sam. 14, 5 : 2 Reg. 4, 14. *immò* Gen. 17, 19, *immò verò* 1 Reg. 1, 43. *at verò*, *contrà* Dan. 10, 7, 21. Esr. 10, 13 : 2 Par. 1, 4. 19, 3.

אוּבָל vid. אבל.

אבן rad. inusit. undè

אֶבֶן f. (forsan m. 1 Sam. 17, 40) suff. אַבְנוֹ plur. אֲבָנִים, constr. אַבְנֵי, suff. אַבְנֵיהֶם, אַבְנֵיהֵם, אַבְנֵיו — 1) *Lapis* cujuscumque generis, rudis et politus, sive maximi, sive minimi moduli molisque. Collect. *lapides*, Gen. 11, 3. 28, 18, etc. Hinc *lapideum*, *lapide formatum quid*, ut *vas lapideum*, Ex. 7, 19 (cf. עֵצִים *vasa lignea*). *Idolum lapideum*, Deuteron. 4, 28, etc. — * Forsan pro *domo* ipsâ sumitur Genes 49, 24; ubi רֹעֵה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל, facile sic expeditur : *pastor* (evasit, Joseph scilicet) *domûs Israëlis*; qui locus alio modo explanari nequit, quin eruatur sensus perquam difficilis intellectu et seriei orationis minimè accommodatus.* — Metaph. 1 Sam. 25, 37. Ezech. 11, 19. Job. 41, 16. אֶבֶן בָּרָד *lapis grandinis* Jes. 30, 30, undè Jos. 10, 11 : אֲבָנִים גְּדֹלוֹת de grandine majori, paulo inferiùs אַבְנֵי הַבָּרָד dicta. — 2) *lapis pretiosus*, *gemma* Ex. 28, 9 sqq. 35, 27, plenius

אֶבֶן חֵפֶץ Jes. 54, 12, אֶבֶן חֶן Prov. 17, 8, אֶבֶן יְקָרָה Eze. 28, 13, quod quidem posterius dicitur etiam de lapidibus ad ædificandum, ut marmore 1 Reg. 10, 2, 11. — 3) *lapis ærosus*, Job 28, 2. — 4) *pondus libræ* (quoniam lapidibus olim utebantur hodieque in Oriente utuntur pro ponderibus), quanquam non lapideum, Zach, 4, 10. אֶבֶן וָאֶבֶן *pondera diversa* Deut. 25, 13. אַבְנֵי כִּיס *pondera in marsupio gesta* Prov. 16, 11. — *Pondus perpendiculi*, a filo pendens, primitus sine dubio lapideum, posteà etiam staneum aut plumbeum, quo cœmentarius structuræ rectitudinem et architectus singulas ædificii exstruendi partes solent examinare, Jes. 34, 11. — 6) Nonnunquam *lapides* locis designandis inserviebant, sic אֶבֶן עֵזֶר 1 Sam. 4, 1. 5, 1. 7, 12. אֶבֶן הָאֵזֶל (*lapis discessus*) 1 Sam. 20, 19 Cf. זֹהֶלֶת.

אֹבֶן m.i. q. אֶבֶן *lapis*; dual. אָבְנַיִם 1) *sellæ particurientum* : sic vulgò; undè vertunt Ex. 1, 16: *cùm videritis* eas (parturientes scilicet) *super sellas*; sed melius forsan intelligunt alii *labra lapidea*, i. e. *duplici lapide formata* in quibus recens nati lavari solebant. — 2) *sellæ, tabulæ figulorum* Jer. 18, 3. juxta plerosque, sed potius *rota* figuli, instrumentum duplici rotâ constans alterâ inferiore et majore, alterâ minore et superiore; in quo figulos Mauros opus suum facere testatur R. Jona seu Abulwalid. Vid. quæ de hoc vocab. dixi in *Le Pentateuque avec une traduction française et des Notes, etc.* Exode, I, 16. pag. 8.

אַבְנֵט m. suff. אַבְנֵטֹה pl. אַבְנֵטִים *balteus* vel *cingulum*, quale gestabant sacerdotes Ex. 28, 4, 39, 40. Lev. 16, 4 aliique nobiles Jes. 22, 21, cf. Joseph. Arch. 3, 7 § 2. Rad. inus. בנט.

אֲבֵנֵר nom. pr. viri 1 Sam. 14, 51. 17, 55, 57. 20, 25. Aliquoties אַבְנֵר 14, 50.

אָבַם *saginavit*. Part. pass. אָבוּם *saginatus* Prov. 15, 17; pl. אֲבוּסִים 1 Reg. 5, 3. Deriv. מַאֲבוּס, אֲבוּס.

אַבַּעְבֻּעַת plural. *pustulæ* in cute exortæ. Ex. 9, 9, 10. Cf. בּוּעַ.

אֵבֶץ n. pr. oppidi in tribu Issachar Jos. 17, 20.

אִבְצָן n. pr. vir. Jud. 12, 8. 10.

אָבַק forsan ut חָבַק *amplexus est*; hinc Niphal נֶאֱבַק, infin. cum suffix. הֵאָבְקוֹ, fut. יֵאָבֵק *alter alterum amplexus est, reciprocè luctatus est*, Gen. 32, 25, 26. constr. c. עִם. Sed vulgò habetur pro denom. ab אָבָק *pulvis*, quia inter luctandum pulverem excitant, ut græcè παλαίειν, συμπαλαίειν, συγκονιοῦσθαι a πάλη, κόνις.

אָבָק masc. constr. אֲבַק, cum suffix. אֲבָקָם; *pulvis*, tenuis et subtilis, qualis per auras facile dispergitur Jes. 5, 24. Ez. 26, 10. אָבָק וְעָפָר *pulvis minutior et densior*, i. e. pulvis omnis generis Deut. 28, 24. *Pulvis pedum Dei*, poët. de nubibus, quibus vehitur Deus Nah. 1, 3.

אַבֶּקֶת fem. id. constr. אַבֶּקֶת רוֹכֵל *pulvis institoris* h. e. aromaticus Cant. 3, 6.

אֶבְרָ forsan 1) *valuit, polluit robore;* vid. אֲבִיר, אָבִיר. Hiph. הֶאֱבִיר fut. יַאֲבִיר (denom. à אֶבְרָ) *pennas alarum agitavit ad volandum*, hinc *volavit* Job 39, 26 (29).

אֶבְרָ m. *penna major*, Jes. 40, Ps. 55, 7. Distinguitur ab ipsa ala Eze. 17, 3.

אֶבְרָה f. suffix. אֶבְרָתוֹ, pl. אֶבְרוֹת suff. אֶבְרוֹתֶיהָ, id. Job. 39, 16 (13). Psalm. 68, 14. Poët. tribuitur Deo Deut. 32, 11. Ps. 91, 4.

אַבְרָהָם n. pr. *Abrahamus*, à אָב *pater*, et *multitudo* רהם exusu Arab. *rŏhām*. In Gen. usque ad 17, 5 ubique vocatur אַבְרָם i. e. *pater altitudinis*.

אַבְרֵךְ vox a præcone ante Josephi currum pronuntiata Gen. 41, 43. Si hebræa esset, profecto Infin. abs. Hiph. (a rad. בָּרַךְ) pr. הַבְרֵךְ efferendum (cf. אַשְׁכִּים pro הַשְׁכֵּים Jer. 25, 3) qui Imperat. hoc loco vices sustineat, ut sit: *genua flectite*. At probabilius hoc vocab. ægyptiacæ est originis a scriptore hebræo ita inflexum et immutatum, ut, quamquam peregrinum, tamen hebraicè sonaret, atque ex hujus linguæ radicibus posset derivari. Et vocem istam ægyptiacam forsan assecuti sunt, qui sub ea delitescere judicant *Au-rek*, h. e. *inclinet se quisque* (sensu optativi), vel *Aperek* h. e. *inclinate caput*.

אַבְשַׁי vid. אֲבִישַׁי.

אָגָא n. pr. viri 2 Sam. 23, 11.

אָגָג n. pr. regum Amalecitarum; Num. 24, 7: 1 Sam. 15, 8, 9, 20, 32.

אֲגָגִי n. gentil. de Amano, Esth. 3, 1, 10, 8, 3, 5.

אגד radix inusitat. Chaldaic. *ligavit*. Indè.

אֲגֻדָּה fem., constr. אֲגֻדַּת, suffix. אֲגֻדָּתוֹ, pl. אֲגֻדוֹת. — 1) *nexus, vinculum, lorum*, Jes. 58, 6. — 2) *fasciculus*, ut hyssopi Ex. 12, 22. — 3) *manipulus* s. *turma* hominum 2 Sam. 2, 25. — 4) *opus fornicatum*, de fornice cœli (*là voûte des cieux*) Am. 9, 6.

אָגוֹז m. *nux* Cant. 6, 11. Rad. ut videtur, גוז, et א prosthetic.

אָגוּר vid. אָגַר.

אֲגוֹרָה f. constr. אֲגוֹרַת, 1) *nummulus, obolus argenteus*, (rad. אָגַר *collegit;* sic lat. *stips* in formula *stipem colligere*) 1 Sam. 2, 36. LXX. ὀβολός, Vulgat. *nummus*.

אגל inus. cogn. radici גָּלַל. Indè

אֲגַל m. pl. constr.; אֲגַלֵּי טַל *stillæ* i. e. guttulæ, globuli *roris*, Job 38, 28. Sic optimè Vulg. Chald. Syr. Minus favet contextus notioni *promptuariorum*, *receptaculorum* à quibusdam excogitatæ.

אֶגְלַיִם nom. pr. vici in agro Moab, Jes. 15, 8.

אגם rad. inus. chald. *contristatus fuit, doluit*. Indè

אָגָם m., constr. אַגַם, pl. אֲגַמִּים, constr. אַגְמֵי, suffix. אַגְמֵיהֶם 1) *stagnum, palus*; Ex. 7, 16. 8, 1. Jes. 35, 7. 42, 15. Ps. 107, 35 — 2) *palus arundine obsita, arundinetum* Jer. 51, 32.

אָגָם m. pl. constr. אַגְמֵי נֶפֶשׁ, *tristes animi* vel *animo* Jes. 19, 10.

אַגְמוֹן et אַגְמֹן m. 1) *ahenum fervens* Job 41, 12, — 2) *juncus*, Jes. 58, 5. Ad Jes. 9, 13, 19, 15, cf. כִּפָּה — 3) *fanis junceus* Job 40, 26. Rad. אגם.

אֹגֶן rad. inus. undè :

אַגָּן m. constr. אַגַּן, pl. אַגַּנוֹת; *labrum*, *pelvis* Ex. 24, 6. Jes. 22, 24. Cant. 7, 3.

אַגַּפִּים m. pl., suff. אַגַּפָּיו, אַגַּפֶּיךָ; pr. *alæ*, ut chald. et talmud. גַּף, אַגַּף; hinc *alæ exercituum*, *exercitus* ipsi, *copia*; tantummodò apud Ezechielem obvium Eze. 12, 14. 17, 21. 38, 6. 9. 39, 4. Rad. גָּנַף.

אָגַר futur. יֶאֱגֹר, part. act. אֹגֵר; *collegit*, *congessit* fruges Deut. 28, 39. Prov. 6, 8. 10, 5.*—Part. pass. est אָגוּר Prov. 30, 1. sed cùm signif. activâ *congregans* (cf. אָחוּז, יָקוּשׁ); symbolicum nomen quo Salomo significatur; haud secus atque קֹהֶלֶת q. v. Sic permulti; alii verò nomen pr. esse volunt viri sapientis, qui Proverb. capitis 30, autor fuit, et cujus sententiæ Salomonis, sententiis adjectæ sunt ob argumenti similitudinem.* —Deriv. אֲגֻרָה, אִגֶּרֶת, et secundum plurimos אַגַּרְטָל.

אַגְרוֹף m. *pugnus* Exod. 21, 18. Jes. 58, 4. Rad. גָּרַף.

אַגַּרְטָל m. pl. constr. אַגַּרְטְלֵי *pateræ*, Esr. 1, 9. Etymon prorsùs incertum.

אִגֶּרֶת f. pl. אִגְּרוֹת suff. אִגְּרוֹתֵיהֶם, (vox sequioris Hebraismi) : *epistola*, potissimum, de epistolis edictisque regiis vel auctoritate publica scriptis, 2 Paral. 30, 1, 6. Neh. 2, 7, 9. 6, 5, 17. Esth. 9, 6, 29.

אֵד masc. pr. *expressio*, *exhalatio* terræ, hinc *vapor* Gen. 2, 6. Job 36, 27. Rad. אוּד.

אֹדוֹת vid. אוֹדוֹת.

אָדַב ut דָּאַב *contabuit*, q. v. legitur non nisi in Hiph. inf. לַאֲדִיב (pro לְהַאֲדִיב) *ad conficiendum summo mœrore*; 1 Sam. 2, 33. Cf. imprimis. Deut. 28, 63.

אַדְבְּאֵל n. pr. viri Gen. 25, 13.

אַדַּד n. pr. viri 1 Reg. 11, 17. qui ibid. ver. 14, vocatur הֲדַד.

אִדּוֹ n. pr. viri Esr. 8, 17.

אָדוֹן m. constr. אֲדוֹן, suff. אֲדֹנַי, præfix. וַאדֹנַי, בַּאדֹנַי, plur. אֲדֹנִים, constr. אֲדֹנֵי suff. אֲדֹנֶיךָ, אֲדֹנַי; plur. affix. אֲדֹנַי, undè אֲדֹנָי q. v.—Propr. *qui exercet imperium* aut *dominium* quodcumque in alios, *dominus*. Dicitur, 1) de *possessore*; 1 Reg. 16, 24. unde de hero servorum Gen. 24, 14. 27. 39, 2, 7, de *regibus* ut dominis subjectorum; Jes. 26, 13, de *marito* uxoris Gen. 18, 12. (cf. בַּעַל). Denique de *Deo mundi et possessore et moderatore* Jos. 3, 13 : אֲדוֹן כָּל-הָאָרֶץ, qui et κατ' ἐξοχήν הָאָדוֹן Ex. 23, 17. et omisso art. אָדוֹן vocatur Ps. 114, 7. —2) De *præfecto* et *moderatore* Gen. 45, 8. —אֲדֹנִי *domine mi!* compellatio honorifica omnium, quibus reverentia debetur Gen. 31, 35. Num. 12, 11 : 1 Reg. 1, 17, 18. 3, 17. Blandius et aliquantò submissius dici solebat *dominus meus*, loco pronom. *tu*, ut Gen. 33, 8, 13, etc.

Plur. אֲדֹנִים *domini* Jes. 26, 13. (cum verbo pl.) et sic cum suff. אֲדֹנַי *domini mei* Gen. 19, 2, 18. Alibi ubivis est pl. excellentiæ, ejusdem prorsus cum singulari significatûs Gen. 39, 2 sqq. eamque ob causam adjectivo singulari jungitur, ut Jes. 19, 4, etc.

אֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *dominus dominorum*, i. e. Jehova Deut. 10, 17. De idolis Soph. 1, 9. cf. בַּעַל.

אֲדֹנָי *Dominus*, de Deo solo dicitur Gen. 18, 27. Jud. 13, 8. Esr. 10, 3. etc. Terminatio י־ forma vestustior est Plur. pro vulgari ־ים (ut in שַׁדַּי); sed scribitur י־ ut distinguatur ab אֲדֹנָי *domini mei*. Ceterum Judæi quotiescunque in contextu sacro scriptum est יְהוָה, legunt אֲדֹנָי,

אֲדוֹרַיִם n. pr. oppidi Judæorum 2 Par. 11, 9.

אֲדֹרָם vid. אֲדֹנִירָם.

אַדִּיר m. suff. אַדִּירוֹ, pl. אַדִּירִים, constr. אַדִּירֵי, suff. אַדִּירֶיךָ, 1) *præ-grandis*, *ingens*, *validus* Ps. 93, 4. 33, 21. — 2) *potens*, Ps, 136, 18. Eze. 32, 18. — 3) *princeps*, *dux*, Plur. *proceres*, *magnates* Jud. 5, 25: 2 Par. 23, 20. Neh. 10, 30. — 4) *magnificus*, *illustris*, *gloriosus* Ps. 8, 2. — 5) *nobilis* Ps. 16, 3.

אַדְלָיָה n. pr. viri Esth. 9, 8.

אָדַם *rubuit*, *rutilavit*. Hinc forsan *Principes eorum..... candebant præ lacte*, אָדְמוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים *rubuit corpus eorum præ coralliis* Thren. 4, 7. Candor et rubedo pertinent ad descriptionem pulchritudinis juvenilis.

Puh. Part. מְאֻדָּם *rubro colore infectus* Ex. 25, 5. 35, 7, 23. Nah. 2, 4.

Hiph. Fut. plur. יַאְדִּימוּ *rubrum colorem referent*, *rubræ erunt*, Jes. 1, 18.

Hithpa. fut. יִתְאַדַּם *rutilat* (vinum in poculo) Prov. 23, 31. Deriv. sequuntur; vid. præterea דָּם.

אָדָם m. 1) pr. *è terrâ ortus* (cf. Gen. 2, 7. 3, 19), *homo*. Neque st. constr., neque pluralis formam admittit hoc voc., sæpissimè autem collect. notat *homines*, *genus humanum* Gen. 1, 26, 27. 6, 1. Ps. 68, 19. 76, 11. Job. 20, 29. Interdùm adjectivis ut genitivus postponitur, velut אֶבְיוֹנֵי אָדָם *pauperes hominum* i. e. homines pauperes Jes. 29, 19, cf. Hos. 13, 2; et intercedente בְּ, ut בִּגְדִים בְּאָדָם Prov. 23, 28. — Spec. legitur 1) de *aliis*, reliquis *hominibus*, opp. iis de quibus nunc actum fuerat Jer. 32, 20: בְּיִשְׂרָאֵל וּבָאָדָם *in Israële et in reliquis hominibus*. Jud. 16, 7. 18, 28. Ps. 73, 5. Jes. 43, 4. — 2) de *hominibus è vulgo*, *ignobilibus*, *infimæ sortis* Job. 31, 33. Ps. 82, 7. Jes. 2, 9. 5, 15, — 3) de *mancipiis*, ut נֶפֶשׁ Num. 16, 32. — 4) de *militibus*, Jes. 22, 6. Cf. אִישׁ. — 5) pro *viro*, i. q. אִישׁ Eccl. 7, 28: *virum* (sc. hoc nomine dignum, per emphasin) *reperi unum e militibus*, *sed mulierem in toto earum numero non inveni*. — 6) pro *aliquo* Lev. 1, 2. Cum part. negandi *nemo* Job. 32, 21. Cf. אִישׁ. — 7) n. pr. hominis protoplasti Gen. 2, 7 sq. 3. 4. it. oppidi ad Jordanem Jos. 3, 16. — בֶּן אָדָם cum art. בֶּן הָאָדָם *filius hominis* poët. de *homine*. Num. 23, 19. Ps. 8, 5. 80, 18. Job. 16, 21. 25, 6. 35, 8, et sæpissimè apud Ezechielem, ubi propheta à Deo compellatur: בֶּן אָדָם *fili hominis* i. e. mortalis! Eze. 2, 1, 3. etc. Frequentior etiam est Plur. בְּנֵי אָדָם *homines* Deut. 32, 8. Ps. 11, 4, etc. Cum art. בְּנֵי הָאָדָם 1 Sam.

26, 19 : 1 Reg. 8, 39. Ps. 145, 12. Eccl. 1, 13.

אָדֹם et אָדוֹם adj. f. אֲדֻמָּה plur. אֲדֻמִּים ; *ruber*, de veste sanguine conspersa Jes. 63, 2, de genis rubicundis Cant. 5, 10, de equo fusco Zach. 1, 8. 6, 2, de vacca rufa Num. 19, 2, de lentium rubedine Gen 25, 30. Substant. *rubrum* i. e. *rubedo*. Jes. 63, 2.

אֱדֹם n. pr. 1) cognomen Esaü Gen. 25, 25. — 2) Edomi posteri i. e. *Edomitæ* s. Idumæi Num. 20, 14. Jud. 11, 17. it. *regio Idumæorum, Idumæa*, ipsa et tunc ferè femininè generis est Gen. 36, 32. Jes. 11, 14. Jer. 49, 17. Edomitarum autem regio tractum illum montanum inter mare mortuum et maris rubri sinum Ælaniten occupabat, posteà Gebalene, Γεβαλήνη, hodiè *Dschebal* dictum. — Nomen gent. est אֱדֹמִי *Edomita, Idumæus* Deut. 23, 8. Fem. אֱדֹמִית pl. אֱדֹמִיּוֹת *Idumææ* (mulieres) 1 Reg. 11, 1.

אֹדֶם masc. *gemma* quædam *rubicunda*, fort. *rubinus*, *granatum* Ex. 28, 17. 39, 10. Eze. 28, 13. LXX. Vulg. Σάρδιον, *Sardius*.

אַדְמָדֶמֶת f. pl. f. אַדְמָדְמוֹת *subrudibus*, *subrufer*, de areolâ, quæ squamam (la croûte, l'écaille) circumdat in leprâ Lev. 13, 19 sq. 14, 37.

אֲדָמָה f. 1) *humus* Ex. 20, 21, de pulvere, quo lugentes caput conspergebant, 1 Sam. 4, 12 : 2 Sam. 15, 32. — 2) *terra*, quæ colitur, *ager* Gen. 4, 2. 47, 19, 22, 23. Ps. 105, 35. Jes. 28, 24. אֹהֵב אֲדָמָה *amans agrum* i. e. *agriculturam* 2 Par. 26, 10. De proventu agri, Jes. 1, 7. — 3) *terra, regio* Gen. 28, 15. אַדְמַת יְהוָה *terra Jehovæ* i. e. Canaan Jes. 14, 2. Plur. אֲדָמוֹת *regiones*, semel Ps. 49, 12. — 4) *orbis terræ* Gen. 4, 11. 6, 1. 7, 4. — 5) n. pr. oppidi tribus Nephtali. Jos. 19, 36.

אַדְמָה n. pr. oppidi in regio Pentapolitanâ Gen. 10, 19. 14, 2, 8. Deut. 29, 22. Hos. 11, 8.

אַדְמוֹנִי et אַדְמֹנִי m. *rufus*, i. e. rufis capillis Gen. 25, 25 : 1 Sam. 16, 12. 17, 42.

אַדָּמִי n. pr. oppidi Nephtalitarum Jos. 19, 33.

אֱדֹמִי vid. אֱדֹם.

אַדְמָתָא n. pr. viri. Esth 1, 14.

אֲדָן n. pr. viri Esr. 2, 59 : idem in loco parallelo Neb. 7, 61, אַדּוֹן.

אֶדֶן m. pl. אֲדָנִים, constr. אַדְנֵי, suffix. אַדְנֶיהָ, אַדְנֶיהָם ; *basis*, *stylobates* Ex. 26, 19 sq. 27, 10 sq. 36, 38. Job. 38, 6, etc. Rad. אדן.

אַדְנֵי vid. p. 10.

אַדְנִי־בֶזֶק nom. titulusve regis urbis Cananææ Bezec Jud. 1, 5—7.

אַדְנִי־צֶדֶק n. pr. Hierosolymorum regis Canaanitici Jos. 10, 1, 3.

אֲדֹנִיָּהוּ n. pr. 1) viri 1 Reg. 1, 8 sq., qui et אֲדֹנִיָּה vers. 5. 2 Sam. 3, 4. — 2) 2 Par. 17, 8. — 3) Neh. 10, 17. qui et Esr. 2, 13.

אֲדֹנִירָם n. pr. viri, 1 Reg. 4, 6. forsan id. ac אֲדוֹרָם 2 Sam. 20, 24 : 1 Reg. 12, 18, et הֲדוֹרָם 2 Paralip. 10, 18.

אָדַר cognat. הָדַר pr. *amplus*, dein *magnificus fuit*.

Niph. Partic. נֶאְדָּר, cum ׳ parag.

נֶאְדָּרִי; *magnificatus est* Ex. 15, 11. et ver. 6, ubi: יְמִינְךָ יְהוָה נֶאְדָּרִי בַכֹּחַ *dextra tua, ô Jehova, magnificata est* (i. e. illustris reddita) *robore*, al. vertunt *ô Jehova*, qui es *magnificus*; referentes נֶאְדָּרִי ad יְהוָה sed minus aptè.

Hiph. *magnificum, illustrem reddidit*; fut. יַאְדִּיר *magnificum, illustrem reddet* Jes. 42, 21. Deriv. אֶדֶר, אַדִּיר, אַדֶּרֶת, אֶדֶר.

אֶדֶר *Adar*, mensis duodecimus, a novilunio mensis Martii ad novilunium Aprilis (sec. Rabbinos à novilunio Februarii ad novilunium Martii). Esth. 3, 7, 13, 8, 12, 9, 1. 15, 17, 19. 21.

חֲצַר אַדָּר v. אַדָּר.

אֶדֶר m. pr. 1) *pallium amplum.* Mich. 2, 8, i. q. אַדֶּרֶת. — 2) *magnificentia* Zach. 11, 13.

אַדַּרְכוֹן m. pl. אַדַּרְכֹנִים 1 Par. 29, 7. Esr. 8, 27, i. q. דַּרְכְּמוֹן *daricus*, nummus persicus ex auro puro cusus, isque Judæis, quamdiu Persarum imperio subjecti erant, frequentissimus. א prosthet. est. Vulgò idem ac δραχμή. Etymon haud satis certum.

אַדְרַמֶּלֶךְ n. pr. 1) idoli Sipparenorum, qui humanis placabatur 2 Reg. 17, 31. — 2) viri Jes. 37, 38: 2 Reg. 19, 37.

אַדְרְעִי n. pr. 1) metropoleos Batanææ veteris, intra fines Manassitarum sitæ, Num. 21, 33. Deut. 1, 4. Jos. 12, 4. — 2) oppidi Nephtalitar. Jos. 19, 37.

אַדֶּרֶת f., suff. אַדַּרְתּוֹ, *ampla.* Eze. 17, 8: גֶּפֶן אַדֶּרֶת *vitis ampla, frondosa* — 2) *pallium* 1 Reg. 19, 13. 19: 2 Reg. 2, 13. 14. Jon. 3, 6. אַדֶּרֶת שִׁנְעָר *pallium babylonicum* Jos. 7, 21 i. e. picturis variegatum, vel intextas habens variis coloribus hominum bestiarumque figuras. אַדֶּרֶת שֵׂעָר *pallium pilosum* Gen. 25, 25. Zach. 13, 4. — 3) *magnificentia.* Zach. 11, 3.

אָדַשׁ i. q. דוּשׁ *trituravit*; undè infin. abs. אָדוֹשׁ *triturando* Jes. 28, 28.

אָהַב et אָהֵב part. act. אֹהֵב, suff. אֹהֲבִי, pl. אֹהֲבִים, constr. אֹהֲבֵי; f. אֹהֶבֶת, cum parag. אֹהַבְתִּי: pass. אָהוּב, f. אֲהוּבָה, fut. יֶאֱהַב et יֶאֱהֵב, 1 pers. אֶאֱהַב et אֶאֱהֵב, 2e pers. pl. m. תֶּאֱהַבוּ; infin. אַהֲבָה Eccl. 3, 8. et אַהֲבָה. 1) *cupivit, adspiravit*; cum acc. Ps. 40, 17. 70, 5, sq. בְּ Ps. 116, 1. — 2) *amavit*, cum acc. Gen. 37, 3, 4. Deut. 4, 37, rarius cum לְ Levit. 19, 18, 34, et בְּ Eccl. 5, 9: 1 Sam. 20, 17. Part. אֹהֵב *amicus*, isque diligens et dilectus familiaris, diversus à רֵעַ *socio.* Prov. 18, 24. Esth. 5, 10, etc. — 3) *delectatus est* aliquâ re, cum gerundio verbi (*aimer à faire quelque chose*), Jer. 14, 10, etc. Hos. 12, 8: לַעֲשֹׁק אָהֵב *oppressione delectatur.* Jes. 56, 10. Jer. 14, 10.

Niph. part. pl. נֶאֱהָבִים *amabilis* 2 Sam. 1, 23.

Pi. part. מְאַהֵב pl. מְאַהֲבִים, suff. מְאַהֲבֶיהָ; 1) *amicus* Zach. 13, 6. — 2) *amasius*, imprimis *mœchus.* Eze. 16, 33 sq. 23, 5 sq. Derivata statim sequuntur.

אֲהָבִים in pl. tantùm 1) *amores*, spec. inhonesti. Trop. de societatibus cum gentibus exteris junctis Hos.

8, 9. — 2) *deliciæ* אֲיֶלֶת אֲהָבִים *cerva deliciarum* i. e. suavissima, dulcissima Prov. 5, 19.

אַהֲב m. *amor*. In sing. semel pro amasiis, mœchis Hos. 9, 10 (LXX. οἱ ἠγαπημένοι). Plur. אֲהָבִים *amores*, maximè inhonesti, meretricii. Prov. 7, 18.

אַהֲבָה (infin. אַהֲב), constr. אַהֲבַת, suff. אַהֲבָתָם, 1) *amare*, cum acc. Deut. 7, 8: 1 Reg. 10, 9, etc. — 2) *amor*, 1 Sam. 18, 3. Prov. 10, 12. Cant. 8, 6, 7. — 3) *objectum amoris, deliciæ* Cant. 2, 7. 3, 5, etc.

אַהַד n. pr. viri Gen. 46, 10.

אֲהָהּ interj. dolentis *ah! eheu!* Jos. 7, 7. Jud. 6, 22: 2 Reg. 6, 5, 15. Joël 1, 15, etc.

אֲהוּד n. pr. viror. Jud. 3, 15 sq. 1 Par. 7, 10.

אַהֲוָא n. pr. fluminis Esr. 8, 21, 31 et regionis conterminæ Vers 15, in quâ Esras populum in patriam redituram congregabat.

אֵהִי Hos. 13, 10, 14. Hoc vocab. quod alibi est fut. apoc. à rad. הָיָה, hîc i. q. אַיֵּה, אַי *ubi*? Sic Chald. LXX. Vulgat. et exigit contextus.

אָהַל; fut. conv. וַיֶּאֱהַל — 1) forsan ut חָלַל *splenduit*, *micuit*; — 2) *tentorium movit* (denom. ab אֹהֶל), de Nomade migrante, tentoria mox figente mox promovente, Gen. 13, 12, 18.

Pi. fut. יְאַהֵל pro quo יַהֵל *tentorium figet* Jes. 13, 20. Cf. מְאַלֵּף pro מַלֵּף.

Hiph. i. q. Kal no. 1. *splenduit*. Job. 25, 5: הֵן עַד־יָרֵחַ וְלֹא־יָאָהִיל הֵן עַד־יָרֵחַ וְלֹא־יָאִיר *ecce vel lunam, neque hæc splendet* i. e. pura, munda est de sententia Dei. Sic LXX. Vulgat. efflagitant tum contextus, tum parallelismus.

אֹהֶל c. Suff. אָהֳלִי, אָהֳלֵךְ (*oholcha*) cum He parag. אָהֳלָה; pl. אֳהָלִים pro בְּאֳהָלִים cum præf. בְּ, constr. אָהֳלֵי, suff. אָהֳלָיו, אָהֳלֶיךָ, אָהֳלֵיכֶם, 1) *tentorium* Gen. 9, 27, etc. אֹהֶל מוֹעֵד *tentorium conventus*, i. e. templum illud portabile Israëlitarum in deserto, quod describitur Ex. 26 collat. 36, etiam simpliciter הָאֹהֶל dictum 1 Reg. 1, 39. Quo in tentorio si אֹהֶל distinguitur à מִשְׁכָּן, אֹהֶל est tegumentum tentorii exterius, duodecim constans cortinis è pilis caprarum contextis, quod imponebatur *habitaculo* (מִשְׁכָּן) h. e. decem aulæis interioribus, quæ asseribus incumbebant. Ex. 26, 1, 7. 36, 8, 14, 19. — 2) *domus, habitatio* quælibet Jes. 16, 5. Jer. 4, 20, etc. — 3) spec. de templo. Eze. 41, 1. — 4) n. pr. viri 1 Paral. 3, 20. Latet etymon.

אָהֳלָה n. pr. meretricis fictium quo designatur Samaria Eze. 23, 4 sq.

אָהֳלִיאָב n. pr. viri Ex. 31, 6. 35, 34.

אָהֳלִיבָה n. pr. mulieris meretriciæ quo indigitatur Jerusalem Deo infidelis. Eze. 23, 4 sqq.

אָהֳלִיבָמָה n. pr. mulieris, Gen. 36, 2, 14, et viri Gen. 36, 41: 1 Chron. 1, 52.

אֲהָלִים m. pl. Num. 24, 6. Prov. 7, 17; et f. אֲהָלוֹת Ps. 45, 9. Cant. 4, 14, genusar boris odoriferæ, Græc. ἀγάλλοχον, ξυλαλόη quoquæ dictæ, *lignum aloës*, it. *lignum paradisi et li-*

gnum aquilæ, *Excœcaria Agalocha* Linn. V. Diosc. l. I, 21. Vid. Celsius in *Hierobot.* et Michaëlis in *Suppl.*

אָדַר rad. inusit. et incerta. Indè

אַהֲרֹן n. pr. Aaron Ex. 4, 14, etc. בְּנֵי אַהֲרֹן *filii Aaronis* Jos. 21, 4. 10. 13 et poët. בֵּית אַהֲרֹן Ps. 115, 10, 12. 118, 3 *domus Aaronis* de sacerdotibus, *Aaron* autem Ps. 133, 2 pro quovis summo sacerdote dicitur.

אַו masc. constr. אוֵ (formæ צַו, קַו, à rad. אָוָה *voluit*) — 1) pr. *voluntas*, *desiderium*. Semel legitur substantivè Prov. 31, 4 in Chetib, ubi efferendum: וְלִרְוֹנִים אוֵ שֵׁכָר *et principes* (non decet) *desiderium temeti*. Keri: אַיֵּה שֵׁכָר (non decet dicere) *ubi temetum?* — 2) *libera voluntas*, *electio*, hinc Conj. quæ liberam hoc vel illud eligendi potestatem dat, *vel*, *aut*, sicut *vel* (et quod inde decurt. est, *ve*) à *velle*. Deut. 13, 2, etc. Ubi geminatur *sive*, *sive* Exod. 21, 31. Lev. 5, 1. Aliquoties intendit sermonem: *aut potiùs*. 1 Sam. 29, 3: *qui mecum fuit jam multos dies* אוֵ זֶה שְׁנִים *quin potiùs annos*. Passim ellipt. pro אוֵ כִּי quod sequ. futuro subjunctivo latinè commodè vertas *nisi forte*, sic: *totam ego comburam*, אוֵ יַחֲזֵק בְּמָעֻזִּי *nisi fortè prehenderit asylum meum*, Jes. 27, 5. — Hinc abiit, 3) in part. condition. pr. *si vis*, *si*, *si forte*, *sin autem*. (LXX. ἐάν), cf. lat. *sive*, in quo itidem latet *si* condit ita seq. futuro 1 Sam. 20, 10: *quis indicabit* mihi אוֵ מַה־יַּעֲנְךָ אָבִיךָ קָשֶׁה *si duri quidquam tibi responderit pater tuus?* LXX. ἐάν. Vulg. *si forte*. Vertas etiam, *sin autem* Ex. 21, 36, etc. — * Quoad Gen. 24, 55, sic statuendum videtur: *maneat nobiscum puella*, יָמִים אוֹ עָשׂוֹר *dies aliquot* (i. e. aliquod tempus decem diebus longius) aut saltem decem. *

אוּאַל n. pr. viri Esr. 10, 34.

אוּב radix inusit. undè

אוֹב m. pl. f. אוֹבוֹת — 1) *uter* Job 32, 19, ubi pl. אֹבוֹת *utres* jungitur masculino חֲדָשִׁים *novi*. — 2) *necromantes* et *necromantia*, *ars necromantica* Lev. 19, 31: 1 Sam. 28, 7, 8, etc Gesenius et quidam alii putant Jes. 29, 4 אוֹב dictum de *ipso mortuo evocato*, sed haud minùs commodè perusitatum significatum *necromantem* verti potest. — LXX ubique fere אֹבוֹת reddunt ἐγγαστριμύθους, *ventriloquos*, et rectè, quoniam ventriloqui apud veteres plerumque hâc intus loquendi arte ad præstigias abutebantur. — Est etiam אוֹבוֹת n. pr. stationis Israëlitar. in deserto Num. 21, 10. 33, 43.

אוֹבִיל n. pr. viri 1 Par. 27, 30.

אוּבָל et אֻבָל m. *fluvius*, *amnis* Dan. 8, 2, 3, 6. Rad. יָבַל.

אוּד et אִיד cognat. אוּץ *premere*, *urgere*. Derivat. statim; adde מְאֹד.

אוּד m. pl. אוּדִים *tilio*, *torris*, Jes. 7, 4. Zach. 3, 2. Amos 4, 11.

אוֹדוֹת f. pl. suff. אוֹדוֹתַי, אוֹדוֹתֶיךָ; pr. *res quæ premunt*, *urgent*; hinc *molestiæ*; quæ notio ubique congruit, etsi per *propter* vulgò vertant. Usurpatur non nisi in formulâ עַל אוֹדוֹת, Gen. 21, 11, 25. 26, 32. Ex. 18, 8. Jos. 14, 6. Jer. 3, 8. Quod in editt. legitur 2 Sam. 13, 16 אֵל אוֹדוֹת, id

è duab. lection. conflatum est, alterâ עַל אוֹדוֹת, alterâ אֶל אוֹדוֹת.

אָוָה et אָיָה cognat. אָבָה *pronus fuit, cupivit.* In Kal inus.

Pi. אִוָּה fut. יְאַוֶּה; sed נְאַוֶּה, נַאֲוֶה, vide in נָאָה; *expetivit, desideravit.* Tribuitur ubique animæ (נֶפֶשׁ) Ps. 1, 32, 13, 14, etc.

Hithpa. הִתְאַוָּה, part. f. מִתְאַוָּה; pl. m. מִתְאַוִּים, fut. יִתְאַוֶּה, apoc. יִתְאַו; 1) *cupivit, desideravit sibi.* Constr. absol. 1 Par. 11, 17. Cum acc. Num. 11, 4. Deut. 5, 18. Jer. 27, 16. Cum dat. Prov. 23, 3, 6. — 2) *signavit, designavit, descripsit,* ut תָּאָה et תָּוָה. Num. 34, 10. ubi agitur de limitibus, finibus determinandis. A Piel ita differt Hithpael, ut hoc nunquam, illud semper jungatur substantivo נֶפֶשׁ. Nomina derivata præter hæc, quæ sequuntur, sunt אַו constr. תַּאֲוַת, מַאֲוַיִּים אִי, אַוַּי.

אַוָּה f. constr. אַוַּת, suff. אַוָּתִי *desiderium, libido* Deut. 12, 15. Jer. 2, 24. — 2) *lubitus.* 1 Sam. 23, 20. Ubique tribuitur animæ (נֶפֶשׁ), præter Hos. 10, 10.

אוּזַי n. pr. viri Neh. 3, 25.

אוּזָל n. pr. viri Gen. 10, 27.

אֻוַי n. pr. regis Madianitarum Num. 31, 8. Jos. 13, 31.

אוֹי 1) *lamentatio* Prov. 23, 29. —2) interj. tam dolentis, *væ* cum dat. 1 Sam. 4, 8. Jes. 3, 9. rarò cum acc. Ezech. 24, 6, 8, et absol. Num. 24, 23, quàm comminantis et imprecantis Num 21, 29. Cognatum est הוֹי.

אוֹיָה i. q. אוֹי. Ps. 120, 5. cum dat.

אֱוִיל m. pl. אֱוִילִים; *stultus,* vel adject. אִישׁ אֱוִיל Prov. 29, 9. Hos. 9, 7, vel, quod sæpius fit, subst. Job 5, 2. Jes. 19, 11. Prov. 7, 22, etc. Interdum *impietatis* notionem inclusam habet. Job 5, 3. Rad. אָוַל.

אֱוִילִי Zach. 11, 15. Rad. אָוַל.

אֱוִיל מְרֹדַךְ n. pr. regis Babyloniæ 2 Reg. 25, 27. Jer. 52, 31.

אוֹל rad. inusit. i. q. יָאַל q. v.

אוֹל et איל rad. inus. sed cujus significationes sunt, quantùm sive ex derivatis nominibus, sive ex verbis cognatis, sive ex usu arabico autumare licet: *fortem, robustum, primum, primorem esse.*

אוֹל m. 1) *corpus*, ut in arab. Ps. 73, 4.—2) Plur. *potentes, primores.* 2 Reg. 24, 15 in Chethib אוֹלֵי הָאָרֶץ *primores terræ.* Keri אֵילֵי exhibet.

אוּלַי comp. ex אוֹ et לַי = לִי, לֹא, לָא *non* (cf. לוּלֵי, אַחֲלַי) — 1) *si non, nisi;* sic Num. 22, 33, ubi vertendum: *nisi declinasset a facie mea, illicò te interfecissem.* LXX. Εἰ μή. Aben Esra bene לוּלֵי. — 2) *an non* i. e. *fortassè, forsitan* Gen. 16, 2. 24, 5. Jos. 9, 7. Amos 5, 15, etc. — 3) n. pr. fluvii Dan. 8, 2.

אוּלָם rarius אֻלָם m. pl. constr. אֻלְמֵי; pr. *pars prima*, seu *anterior* ædificii; hinc 1) *vestibulum, porticus,* German. Vorhalle 1 Reg. 7, 6 seqq. Eze. 40, 7 seqq. Spec. de templi Salomonis vestibulo (πρόναος) 1 Reg. 6, 3. Joël 2, 17. Sæpiùs LXX per ναὸς vertunt undè cum quibusdam suspicari possis, sequiori ævo, אוּלָם quandoque pro *templo* ipso, partem pro toto, dictum fuisse 2 Chron. 29, 7. collat. 28, 24. — hinc 2) adverb. pr.

à parte anticâ, undè *ex adverso*, *verùm*, *verùm enim verò* Job 2,5. 5, 8. item *veruntamen*, *nihilominùs* (*toutefois*) Gen. 48, 19. Ex. 9, 17. — 3) n. pr. virorum 1 Par. 7, 16. 8, 39, 40. Rad. אול.

אִוֶּלֶת f., suff. אִוַּלְתִּי, 1) *stultitia*, sæpissimè in Proverbiis. — 2) *impietas* Ps. 38, 6 (cf. נְבָלָה). 69, 6. — 3) fort. *potestas*, *principatus*, ut si a rad. אול. Prov. 14, 24: אִוֶּלֶת כְּסִילִים אִוֶּלֶת *principatus* s. magni honores *stultorum stultitia* sunt i. e. fons actionum stultarum. Lusisse videtur scriptor in duplici ejusdem vocabuli אִוֶּלֶת significatione. Rad. אול.

אוֹמָר n. pr. viri Gen 36, 1.

אוּן et אִין rad. inus. Indè.

אָוֶן m., suff. אוֹנָם, אוֹנֶךָ, pl. אוֹנִים; 1) *inanitas*, *vanitas*, it. *inane*, *vanum*, Jes. 41, 29. Zach. 10, 2, spec. de vanitate idolorum omniumque rerum ad idolatriam pertinentium (cf. הֶבֶל) 1 Sam. 15, 23. adeoque de ipsis idolis Jes. 66, 3. Hinc apud Hoseam urbs בֵּית־אֵל (domus Dei) utpote idolis dedita contemtim dicitur בֵּית־אָוֶן *domus idolorum* 4, 15. 10, 5. Eòdem referenda sunt tum בִּקְעַת אָוֶן *vallis idoli* Amos 1, 5 i. e. vallis quædam in vicinia urbis Damasci, tum אוֹן pro אָוֶן Heliopolis Eze. 30, 17 cum notione urbis idololatricæ. — Spec. 2) *vanitas verborum*, *mendacium*, *fraudulentia*. Ps 36, 4. Prov. 17, 4. — 3) *nequitia*, *scelus*. Num. 23, 21. Job 36, 21. Jes. 1, 13. מָתַי אָוֶן, אַנְשֵׁי אָוֶן *viri nequam* Job 22, 15. 34, 36. פֹּעֲלֵי אָוֶן *patrantes scelus* ibid. 31, 3. 34, 8 22. In plur. אוֹנִים Prov. 11, 7 probab. pro אֲנָשִׁי אָוֶן sec. LXX. Syr. Arab. Chald. — 4) *infortunium*, *res adversæ*, *calamitas* Ps. 54, 4. Prov. 22, 8. Ps. 90, 10. Hab. 3, 7, etc. Spec. *dolor*, undè בֶּן־אוֹנִי *filius doloris mei* Gen. 35, 18. לֶחֶם אוֹנִים *panis doloris* h. e. lugentium cibus, qui immundus erat Hos. 9, 4, cf. Deut. 26, 14. Cæterum tirones monentur, ne אָוֶן, quod suffixis munitum forma sua congruit cum אוֹן, cum hoc confundant.

אוֹן m. suff. אוֹנִי, אוֹנוֹ (quod ultimum passim n. prop. est; vid. paulò infrà); plur. אוֹנִים; 1) *vires*, *robur* Job 18, 7, 12. 40, 16. Hos. 12, 4, spec. de robore virili et vi genitali. Gen. 49, 3. Deut. 21, 17. Jes. 40, 26. 29 Ps. 78, 51. — 2) *facultates*, *opes* Hos. 12, 9. Job 20, 10. — 3) n. pr. viri Num. 16, 1.

אֹן, אוֹן et Eze. 30, 17 אָוֶן *Heliopolis* (cf. Jer. 43, 13) n. pr. urbis antiquæ Ægypt. Gen. 41, 45, 50. 46, 20.

אוֹנוֹ n. pr. oppidi Benjaminitarum Esr. 2, 33. Neh. 7, 37. 11, 35: 1 Par. 8, 12, cum valle cognomini Neh. 6, 2.

אוֹנִיּוֹת f. pl. 2 Par. 8, 18 in Chethib pro אֳנִיּוֹת *naves*.

אוֹנָם n. pr. viri Gen. 36, 23: 1 Par. 2, 26.

אוֹנָן n. pr. viri Gen. 38, 9. 46, 12. Num. 26, 19.

אוֹפָז n. pr. regionis auriferæ Jer. 10, 9. Dan. 10, 5. Videtur non fuisse diversa ab Ophir, cum affines sint litteræ ר et ז.

אוֹפִיר, אוֹפִר, אֹפִיר, n. pr. *Ophir* regio Gen. 10, 29, auro, lignis ac

lapidibus pretiosis, nec non ebore, pavonibus et simiis abundans, 1 Reg. 9, 28, etc. 2 Chron. 8, 18, etc. — Auri ophiritici tanquam purissimi mentio fit Jes. 13, 12. Job 23, 16. Ps. 45, 10: 1 Chron. 29, 4. et metonym. אוֹפִיר pro *auro ophiritico* usurpatur. Job 22, 24. De ipsius situ magna opinionum diversitas. Recentiorium doctissimi viri inter tres tantùm regiones ambigunt, *Indiam* scilicet, quemdem *Arabiæ* tractum, et orientalem *Africæ* partem, videlicet *Nigritiam*, *Sofalam*que Arabum (hodie Zanguebar, Mosambique, ubi regio aurifera *Fura*), pro quâ tamen minus feliciter pugnatum est. Cæterùm vide, si placet, quæ hâc de re disputata sunt, in G. Gesenii *Thesaur. ling. hebr.* p. 141—143.

אוֹפָן m. constr. אֹפַן pl. אֹפַנִּים; constr. אָפַנֵּי, suff. אֹפַנֵּיהֶם *rota* Ex. 14, 25. Prov. 20, 26: וַיָּשֶׁב עֲלֵיהֶם אוֹפַן *et vertit rotam* (tribulorum) *super eos* i. e. conculcat et cominuit eos. Cf. דוּשׁ. Rad. אָפַן.

אוֹץ præter. et part. act. אָץ; 1) *urgere, fortius instare* alicui Exod. 5, 13. — 2) *festinare* Jos. 10, 13. Prov. 19, 2. 28, 20. Sequ. מִן est: *retro festinare, subtrahere se.* Jer. 17, 16: לֹא־אַצְתִּי מֵרֹעָה אַחֲרֶיךָ pro מֵהְיוֹת רֹעֶה *non subtraxi me, ne pastor* (propheta) *fierem teque sequerer.* — 3) *angustus, arctus fuit* Jos. 17, 15.

Hiph. i. q. Kal no. 1. *ursit, institit*, sequ. בְּ pers. Gen. 19, 15. Jes. 22, 4.

אוֹצָר m. constr. אוֹצַר, suff. אוֹצָרוֹ, pl. אוֹצָרוֹת, constr. אוֹצְרוֹת, suff. אוֹצְרוֹתֶיךָ; 1) *thesaurus, promtuarium*, ut frugum, cibi commeatusque 2 Par. 11, 11: 1 Par. 27, 27, auri, argenti aliarumque rerum prætiosarum 1 Reg. 7, 51. 14, 26. 15, 18. — 2) *horreum* Joel 1, 17, *ærarium* 2 Par. 32, 27. Rad. אצר.

אוֹר *lucere, illucescere, lucidum fieri* Gen. 44, 3. De oculis hominis languidi, nunc animam recipientis 1 Sam. 14, 27. 29. Præt. imperson. אוֹר *illuxit* 1 Sam. 29, 10. Imperat. אוֹרִי *illucesce, illuminare* Jes. 60, 1.

Niph. נָאוֹר, fut. יֵאוֹר i. q. Kal 2 Sam. 2, 32. Inf. לֵאוֹר pro לֵהֵאוֹר *ut illustretur* Job 33, 30. Part. נָאוֹר *illustris, gloriosus.* Ps. 76, 5.

Hiph. הֵאִיר 1) *illustravit, lucidum reddidit* sq. acc. Ps. 77, 19. 97, 4 etc. — a) הֵאִיר עֵינֵי פ׳ *collustravit oculos alicujus* (qui tenebris obvoluti erant) i. e. ad vitam quasi revocavit eum Ps. 13, 4, inde *refecit, recreavit* Prov. 29, 13 etc. — b) *illustravit faciem alicujus* i. e. exhilaravit Eccl. 8, 1 cf. synon. נָהַר — הֵאִיר פָּנָיו *faciem suam illustravit* dicitur impr. de numinis vultu hilari et propitio Ps. 80, 4. 8, 20; sequ. עַל Num. 6, 25, עַל Ps. 31, 17, בְּ Ps. 119, 135, לְ 118, 27, אֵת Ps. 67, 2. Semel omisso פָּנִים Ps. 118, 27. — c) *illuminavit* i. e. sapientia imbuit. Ps. 119, 130. — 2) *luxit, lucem præbuit*, absol. Gen. 1, 15. cum dat. Exod. 13, 21. Jes.

60, 19. — 3) *accendit* Mal. 1, 10. Jes. 27, 11. (Cf. angl. *to light* et אוּר *ignis*). Deriv. præter sequentia sunt מָאוֹר et מְאוֹרָה.

אוֹר m. (semel f. Job 36, 32), suff. אוֹרוֹ, pl. אוֹרִים (sed pro מְאֹרִים *luminaria*, i. e. sidera); *lux* Gen. 1, 3 — 5. Job. 3, 9. 12, 25. Spec. est a) *lux matutina*, Neh. 8, 3. Job. 24, 14. — b) *lux solis* et ipse *sol* Job 31, 26. 37, 21. Jes. 18, 4. Hab. 3, 4. — c) *lux fulguris*, et ipsum *fulgur*. Job 36, 32 : עַל־כַּפַּיִם כִּסָּה אוֹר *lucem* fulguris *tegit super manus* i. e. ut videtur, manus tegit fulgure, rubent fulgure manus. ib. 37, 3. 11. 15. — d) *lux*, *vitæ* Job 3, 16, 20, plenius אוֹר חַיִּים Ps. 56, 14. — Metaphor. e) *felicitas* Job 30, 26. Ps. 97, 11. — f) *lux* pro *doctrina*. Jes. 49, 6 : אוֹר גּוֹיִם *lux gentium* i. e. doctor. 51, 4 etc. — g) אוֹר פָּנִים *lux faciei* i. q. hilaritas vultus, vultus serenus Job 29, 24. Prov. 16, 15 etc.

אוּר m. pl. אוּרִים et אֻרִים; 1) i. q. אוֹר *lux*. Hinc in Plur. אוּרִים a) *luces* i. e. regio lucida, *oriens*, Jes. 24, 15. — b) *luces* metaph. *revelationes sacræ* Numer. 27, 21 : 1 Sam. 28, 6, plerumque plenius הָאוּרִים וְהַתֻּמִּים *revelatio et veritas* Exod. 28, 30. Levit. 8, semel תֻּמִּים וְאוּרִים Deuter. 33, 8. LXX. δήλωσις καὶ ἀλήθεια. Gestatas fuisse sacras has sortes, quas solus pontifex maximus in gravioris momenti causis consulere solebat, *in* vel *super* pectorali ejus, apparet ex Exod. 28, 30. Quales verò fuerint, incertum omninò. Vid interpretes, si placet. — 2) *splendor*, *ignis flamma* Ies. 30, 11, et ipse *ignis* 44, 16. 47, 14. Eze. 5, 2. — 3) n. pr. oppidi Chaldæorum, plenius אוּר כַּשְׂדִּים Gen. 11, 28, 31. 15, 7. Nehem. 9, 8, it. n. pr. viri 1 Par. 11, 33.

אוֹרָה f 1) *lux* Ps. 139, 12, metaph. *felicitas* Esth. 8, 16. — 2) Pl. אוֹרוֹת *viridia*, *olera* 2 Reg. 4, 39. Sic Jes. 29, 29 : כִּי טַל אוֹרוֹת טַלֶּךָ *nam ros plantarum est ros tuus* i. e. recreabit ros Dei resurrectos instar roris plantas recreantis.

אֲוֻרוֹת transp. pro אֲרֻוֹת q. v. *stabula*, *præsepia*. 2 Par. 32, 28.

אוּרִי nom. pr. virorum Ex. 31, 2 : 1 Reg. 4, 19. Esr. 10, 24.

אוּרִיאֵל n. pr. viror. 1 Par. 6, 9. 15, 5, 21 : 2 Par. 13, 2.

אוּרִיָּה n. pr. viror. 2 Sam. 11, 3 : 2 Reg. 16, 10. Jes. 8, 2.

אוּרִיָּהוּ n. pr. prophetæ Jer. 26, 20 sqq.

אוּשׁ sub אִישׁ. v. חֲתָאוּשֵׁשׁ.

אוֹת c. plur. אוֹתוֹת, אֹתֹת, suffix. אוֹתָיו, אוֹתֹתַי; — 1) *signum*, prognosticum Jes. 20, 3, etc. miraculosum Ex. 4, 8. Jes. 7, 11. 8, 18. etc. stupendum Ps. 78, 43. propheticum Deut. 13, 1, 2. memoriale Ex. 13, 9, 16. Deut. 6, 8. signum militare sed minus, nam majus erat דֶּגֶל Num. 2, 2 seqq. — 2) *documentum*, *argumentum* Job 21, 29. — *Sed Gen. 4, 15 : וַיָּשֶׂם יְהוָה לְקַיִן אוֹת

vertendum forsan : *Sic cum Caïno pactam rem habuit Deus, ut qui in illum incideret, ipsi necem non inferret;* ut suspicati sumus in *Le Pentateuque, avec une trad. franç.*, etc. Genèse, *p.* 27. Vel, quod magis arridet, explanandum est : *Et fecit Deus miraculum coram Caïno*, ut ipsi nullus timendi locus superesset, ne ab ullo quocumque homine interficeretur. De formulâ שׂוּם אֹתוֹת *miracula facere*, confer Ex. 10, 2. Ps. 78, 43. * — Rad. אָוָה.

אוֹת vel אֵת cum suffix., vid. אֵת.

אוּת v. אוּת rad. in Kal. inusit. Niph. נָאוֹת, fut., 1 plur. נֵאוֹת, 3 pl. יֵאוֹתוּ; *consensit, obsecutus est* 2 Reg. 12, 9. cum dat. pers. *morem gessit alicui* Gen. 34, 15, 22, 23.

אָז pr. subst. *tempus*, hinc in acc. *eo tempore*, *tunc*, spec. 1) de tempore præterito, Gen. 12, 6. Jos 10, 12. 14, 11. Sequitur præter. verbi 1 Reg. 8, 12 : 2 Paral. 6, 1. 8, 12, 17, et fut., præter. vices gerens Ex. 15, 1. Deut. 4, 41, etc. — 2) *tunc*, de temp. fut. construitur cum fut., quod vim suam retinet Ps, 96, 12. Soph. 3, 9. Job 3, 13. Nonnunquam etiam cum præt. significatione futur., ubi futur. præcessit Jud. 5, 11. Exod. 15, 15. — 3) *tunc* pro *ideo*, *idcirco*, *propterea*. Jer. 22, 15. Ps. 40, 8.

מִן־אָז et מֵאָז pr. *a tempore*, inde a) adv. *inde a longo tempore, olim*, *antea* 2 Sam. 15, 34. Jes. 16, 13. 44, 8. 45, 21. 48, 3, 5, 7. b) præpos. et conj. *ex* (aliquo) *tempore*, *ex quo* (*depuis*, *dès lors*), cum inf. Ex. 4, 10. Jos. 14, 10. cum subst. Ruth 2, 7. Psalm. 76, 8. Cum verbo finito (pro מֵאָז אֲשֶׁר) Gen. 39, 5. Ex. 5, 23. Rad. אזה.

אוּב rad. inus., unde אֹזֹב.

אֵזְבַּי n. pr. viri 1 Par, 11, 37.

אוּה rad. inusit. forsan *præteriit*, ut עָדָה. Deriv. אָז, אֲזַי.

אֵזוֹב (per Syriasm. pro אֹזֹב) m. ὕσσωπος, *hyssopus* veterum, qua utebantur Hebræi in lustrationibus sacris. Videntur tamen eo nomine alias quoque plantas aromaticas comprehendisse Exod. 12, 22. Lev. 14, 4, 6, 21, 49. Ps. 51, 9 : 1 Reg. 5, 13. Rad. אזב.

אֵזוֹר (per Syriasm. pro אֵזוֹר) m. 1) *cingulum* Jes. 5, 27. Jer. 13, 1 sq. 2) *funis vinculum* Job 12. 18. Rad. אָזַר.

אֲזַי i. q. אָז adv. *tum*, *tunc* Ps. 124, 3— 5.

אַזְכָּרָתָהּ f. suff. (verbale Hiphil à rad. זָכַר), pr. *memoriale*, *in memoriam revocans* sc. sacrificium. LXX. Vulg. μνημόσυνον, *memoriale*, sic appellabatur id quod de fertis in altare comburebatur, maximè verò thus quod fertis jungi solebat, Lev. 2, 2, 9, 16. 5, 12. 24, 7. Num. 5, 26.

אָזַל fem. אָזְלַת, ex chaldaismo, pro אָזְלָה, Deut. 32, 36. fut. f. 2 pers. תְּאָזְלִי, similiter ex chald. pro תֵּאָזְלִי, Jer. 2, 36. *abiit*, *abiit*, maximè citò. Prov. 20, 14 (sq. dat. pleon. לוֹ, ut הָלַךְ לוֹ). Jes. 2, 36. Metaph. *defecit* aqua Job 14, 11, cibus 1 Sam. 9, 7, vis Deut. 32, 36.

Pu. Part. מְאוּזָל pro מְאֻזָּל, *quod netum est*, fila, ex usu Talmudico; innuit præterea contextus, sed. aliis est *abire factus*, al. legunt מְאוּזָל *ex Uzal*, n. pr. loci, Eze. 27, 19.

אָזָל *abitus*, *discessus*, vid. אָבַן no. 6.

אָזַן rad. in Kal inusit. Pih. אִזֵּן *aures arrexit, auribus auscultavit, attendit* (denom. à אֹזֶן *auris*) Eccl. 12, 9.

Hiph. הֶאֱזִין, part. מֵזִין pro מַאֲזִין Prov. 17, 4. fut. 1 pers. אָזִין pro אַאֲזִין Job 32, 11; *auscultavit*. Construitur cum acc. Gen. 4, 23. Job 33, 1, ל Job 34, 2, אֶל Ps. 77, 2, עַל Prov. 17, 4, עַד Num. 23, 18 pers. et rei. Spec. *exaudivit*, de Deo Ps. 5, 2. Job 9, 16. de homin. *obedivit*, *obsecutus est* sq. dat. Neh. 9, 30. Ex. 15, 26. Deriv. מַאֲזִנַיִם et forsan

אֹזֶן m. suff. אָזְנֵךְ sed multi codices in pl. habent אָזְנֶיךָ quod præferendum videtur; *suppellex*, pr. *arma* (cf. chald. אֶזְנִין *arma*) Deut. 32, 14. Eadem et supellectilis et armorum notio inest in vocabulo כְּלִי. Rad. juxta multos זין.

אֹזֶן suff. אָזְנוֹ, dual. (qui etiam pro plurali est) אָזְנַיִם, constr. אָזְנֵי suff. אָזְנֶיךָ; *auris* Ex. 29, 20. Lev. 8, 23, etc. Formulas cum hac voce compositas exposuimus sub verbis quibuscum construitur. שָׁמַע בְּאָזְנָיו *auribus suis audivit*, emphat. Ps. 44, 2. Job 28, 22.

אֹזֶן שְׁאֵרָה n. pr. oppiduli 1 Par. 7, 24.

אֶזְנוֹת־תָּבוֹר n. pr. oppidi Nephtalitarum Jos. 19, 34.

אֶזְנִי n. pr. viri Num. 26, 16.

אֶזְנִיָּה n. pr. viri Neh. 10, 10.

אֲזֻקִים, cum artic. הָאֲזֻקִים, cum præfix. בָּאֲזֻקִים, הָאֲזֻקִים, *catenæ*, *vincula* Jer. 40, 1. 4. Rad. אָזַק.

אָזַר (cognat. אָסַר) part. pass. אָזוּר, imper. אֱזוֹר et־אֱזָר, fut. יֶאְזַר, Jer. 1, 17, cum suff. יַאַזְרֵנִי Job 30, 18, *cinxit* it. *cinctus est*, *cinxit se*; de veste, qua quis cingitur, cum acc. pers. Job 30, 18. cum acc. membri cingendi Job 38, 3. 40, 2. Jer. 1, 17 et cum acc. cinguli vestisve, qua quis cingitur, et metaph. 1 Sam. 2, 4: אֲזָרוּ חַיִל *robore cincti sunt*.

Niph. partic. נֶאְזָר *accinctus* Ps. 65, 7.

Pih. part. cum suff. מְאַזְּרֵנִי, pl. constr. מְאַזְּרֵי, fut. יְאַזֵּר, sed תְּזָרֵנִי cum suff. pro תְּאַזְּרֵנִי 2 Sam. 22, 40; *cinxit*, cum acc. pers. et cinguli Jes. 50, 11. Ps. 18, 33, 40. 30, 12.

Hithp. הִתְאַזֵּר *accinxit se* (robore) Ps. 93, 1. Imper. הִתְאַזְּרוּ *accingite vos*, i. e. *armate vos*, *parate bellum*. Jes. 8, 9.

אֶזְרוֹעַ *brachium* Jer. 32, 21. Job 31, 22. Rac. זָרַע.

אֶזְרָח m. constr. אֶזְרַח; *indigena* de arbore necdum aliud in solum transplantatâ Ps. 37, 35. it. de homin. Levit. 16, 29. 18, 26 etc. Rac. זָרַח.

אֶזְרָחִי n. patron. 1 Reg. 5, 11. (4, 31) etc.

אָח m. constr. אֲחִי, cum suff אָחִי, אֲחִיכֶם, אֲחִיו, אָחִיךָ; pl. אַחִים, const. אַחֵי, suffix. אַחֵיכֶם, אֲחֵיהֶם, אַחֶיךָ, nomen. forsan primitiv., etsi forma grammatica illud modò ad verbum אחה, modò ad אחח referat. Primaria significatio est *frater*, et dicitur de fratribus eodem patre editis, sed diversis matribus Gen. 42, 15. Jud. 11, 3. de fratribus uterinis quidem, sed diverso patre genitis Jud. 9, 19, qui, plenè vocantur בֶּן אֵם, בֶּן אָב. Sed signific. latius patet, est enim 1) *cognatus* et *consanguineus* quicunque Gen. 14, 16. 13, 8. 29, 12, 15. — 2) *contribulis* 2 Sam. 19, 13, sic dicitur de Levitis Num. 8, 26. 16, 10. Neh. 3, 1. — 3) *popularis*. Jud. 14, 3. Ex. 2, 11. 4, 18, usurpatur adeo de populis cognatis, ut de Edomitis et Hebræis Gen. 9, 25. 16, 12. 25, 18. Num. 20, 14. — 4) *socius*, de populis consociatis, ut de Tyriis et Hebræis Amos 1, 9, vel ejusdem religionis Jes. 66, 20. — 5) *amicus* Job 6, 15, etc. — 6) *quivis alius homo*, sola humani generis societate nobiscum conjunctus i. q. רֵעַ Levit. 19, 17. Hinc præcedente אִישׁ *alter*, *alter* Gen. 13, 11. 26, 31, et ita dicitur de rebus inanimatis sibi similibus, modo masculini generis sint (de feminis eodem sensu usurpatur אִשָּׁה־אַחוֹת) Ex. 25, 20. 37, 9. — 7) metaph. *similitudinem* quandam ingenii morumve exprimit Prov. 18, 9. Hinc Job 30, 29 : *frater canum ferorum factus sum* i. e. instar canis feri mihi ululandum est. Confer Gen. 49, 5 ubi אַחִים *fratres* sonat non modò eodem patre eâdemque matre editos, verùm ingenio et moribus conjunctos ; nam alluditur ad significatum nominis לֵוִי *Levi*, cujus nativa ac genuina vis in notione *conjungendi*, *adhærendi* reperitur. Sed vid. quæ hâc de re diximus in *Le Pentateuque, avec une traduction française*, etc. Genèse, XLIX, 5. — Tandem inservit ad efformanda multa nomina propria composita.

אֲחִ interj. dolentis *ah! heu! eheu!* Eze. 6, 11. 21, 20.

אָח *olla magna*, seu *foculus* portatilis, quali utuntur hodiè Orientales, Jer. 36, 22, 23. Urcei hæ formam habent solentque in foramine, quod in medio conclavi est, reponi. Exstincto igne ollis scabelli majoris genus imponitur tectum aulæo, quo, quicunque calefieri cupiunt, terræ insidentes pedes, crura adeoque ventrem tegunt. Rad. אחח.

אַח m. unde pl. אֲחִים Jes. 13, 21. forsan vocabulum sonum imitans, *ululatus*, *rugitus*, et hinc probabiliter avium vel animalium genus, ut *ululæ*, *bubones*, *stryges*, quod præter Vulgat. et Arab. suadet parallelismus. LXX et Syr. *echo*, *sonus*, habent. Rad. אחח.

אַחְאָב n. pr. 1) regis Israelis 1 Reg. 16, 28 — 22, 40. — 2) viri Jer. 29, 21.

אַחְבָּן n. pr. viri 1 Par. 2, 29.

אֶחָד constr. אַחַד f. אַחַת (pro אַחֲדַת) in pausa אֶחָת, *unus*, *a*, *um*. Sed *unus* sæpè valet 1) *idem* Gen.

40, 5. Job 31, 1. — 2) *primus*, *a*, *um*, sed nonnisi in numerandis mensium diebus Gen. 8, 5. 13, etc. Cf. μία τῶν συββάτων Act. 20, 7 et Galli *il est une heure*, pro *la première heure*. Alibi, ut Gen. 1, 5. 2, 11, אֶחָד numeri card. notionem non exuit, ut lat. *unus*, *alter*, *tertius* Sueton. Octav. 101. — 3) *aliquis*, *nonnemo*. אֶחָד מֵהָעָם *nonnemo ex populo*. לֹא, אֵין אֶחָד *nemo*. Hinc sæpenumero 4) articuli indefiniti partes sustinet, Gen. 37, 20. Exod. 29, 3: 1 Reg. 20, 13. Dan. 8, 3. Job 2, 10, etc. — 5) *unicus* in suo genere Job 23, 13. Eze. 7, 5. Cant. 6, 9. — 6) ubi repetitur est *unus*, *alter*. Ex. 17, 12. 18, 3: 1 Sam. 10, 3, etc. Etiam distributive de singulis Num. 13, 2. — 7) כְּאֶחָד *sicut unus*, i. e. *unà*, *simul* Esr. 2, 64. 3, 9. 6, 20. Eccl. 11, 6. Deinde etiam i. q. *unà*, *junctim* Jes. 65, 25. In eandem sententiam dicitur כְּאִישׁ אֶחָד Jud. 20, 8: 1 Sam. 11, 7. — 8) Fem. אַחַת elipt. pro פַּעַם אַחַת *unâ vice*, *semel* 2 Reg. 6, 10. Ps. 62, 12. — 9) בְּאַחַת *unâ vice*, *semel* Num. 10, 4. it. *subito*, *repente* Prov. 28, 18. et *unâ* Jer. 10, 8. — 10) לְאַחַד אֶחָד *unus post alterum*, *singulatim* Jes. 27, 12 et Eccl. 7, 27: אַחַת לְאַחַת *una post alteram*. — Pl. אֲחָדִים 1) *iidem*. Gen. 11, 1. Cf. lat. *uni*, ut unis moribus vivere Cic. pro Flacco 26. Terent. Eun. 2, 3, 75. — 2) *in unum conjuncti*, *uniti* Eze. 37, 17. — 3) *pauci*, *aliquot* Gen. 27, 44. 29, 20. — Deriv. verbum denominativum

אָחַד inus. in Kal, cujus vices explet יָחַד *univit*.

Hithp. imper. fem. הִתְאַחֲדִי *uni te* (ensem triplicem compellat. ver. 19) Eze. 21, 21. i. e. unitis, conjunctis viribus grassare, sævi in hostes, ut optimè Rosenmüllerus in Schol. adhunc locum.

אָחוּ vox ægyptiaca *gramen palustre*, *ulvam juncumque* notans, et *quicquid in palude virens nascitur*. LXX ἄχι, ἄχει Gen. 41, 2. 18. Job 8, 11.

אָחוּד n. pr. viri 1 Par. 8, 6, qui אֲחִי scribitur Gen. 46, 21.

אֲחָוָה f., suffix. אֲחָוָתִי *declaratio*, *indicatio mea*, i. e. sententiæ meæ Job 13, 17. Est nomen verbale Hiph. a rad. חָוָה.

אַחֲוָה f. *fraternitas* Zach. 11, 14, denom. ab אָח *frater* q. v.

אֲחוֹחַ n. pr. 1 Par. 8, 4, pro quo v. 7 אֲחִיָּה. Patronym. אֲחֹחִי 2 Sam. 23, 9, 23.

אֲחוּמַי n. pr. viri 1 Par. 4, 2.

אָחוֹר m. pl. constr. אֲחוֹרֵי, suffix. אֲחוֹרֵיהֶם, אֲחוֹרַי; 1) *pars posterior*, *postica* Ex. 23, 23. 26, 12: 1 Reg. 7, 25. Eze. 8, 16. In adverb. abiit *ponè*, *à tergo*, Eze. 2, 10: 1 Par. 19, 10. Ps. 139, 5. *retrò*, *retrorsùm*, Gen. 49, 17. Jer. 15, 6, etc. Cum præfix. בְּאָחוֹר *retrorsum*. Prov. 29, 11 *omnem iram suam expromit stultus* וְחָכָם בְּאָחוֹר יְשַׁבְּחֶנָּה *sed sapiens retrorsum compescit eam*, quod est retrorsum agit, ut ad se re-

deat. לְאָחוֹר *ponè, à tergo*, Jer. 7, 24. *retrorsum*, Ps. 114, 5. מֵאָחוֹר *à tergo* 2 Sam. 10, 9. — 2) *pars occidentalis* Job 23, 7, 8. Jes. 9, 11. — 3) *tempus posterum, futurum.* לְאָחוֹר *in posterum* Jes. 41, 23. 42, 23.

אָחוֹת f. (pro אַחֻוֹת, à masc. אָחוֹ) constr. אֲחוֹת, suff אֲחוֹתִי; pl. cum suff. אֲחוֹתַיִךְ et אַחְיוֹתַיִךְ, it. אַחְיוֹתַי, אַחְיוֹתָיו (tanquam à sing. אַחְיָה), *soror* Gen. 4, 21. 25, 20, etc. Proprie quidem dicitur de sorore germana, iisdem parentibus orta, sed (ubi nihil refert, accurate dicere) etiam de sorore ex eodem patre tantùm editâ Gen. 20, 12 : 2 Sam. 13, 2, 5. vel de eâdem matre solum Lev. 18, 9, 11. 20, 17. Latiore sensu *soror* vocatur etiam 1) *cognata, consanguinea* Job 42, 11. Gen. 24, 60, ubi mater cum fratre ad Rebeccam : אֲחוֹתֵנוּ אַתְּ *tu soror nostra* (es). — 2) *contribulis, popularis* Num. 25, 18. — 3) *socia*, gens, civitas consociata. Ezech. 16, 46. 23, 31. — 4) post אִשָּׁה : *altera, altera*, etiam de rebus inanimat. sexus femin. Exod. 26, 3, 5, 6, 17. Eze. 1, 9. 3, 13. — 5) poet. *soror* vocatur res nobis arctissimè conjuncta, ut Prov. 7, 4 : *dic sapientiæ* : *tu soror mea.* Job 17, 14. Cf. reliqua vocabula, quæ *prodinquitatis* significationem gerunt, imprimis autem אָב et אֵם et ita blandè compellatur sponsa Cant. 4, 9 et seq.

אָחַז, part. act. אֹחֵז, fem. אֹחֶזֶת, passiv. אָחוּז et אָחֻז, pl. אֲחוּזִים, constr. אֲחוּזֵי, pl. fem. אֲחוּזוֹת, infin. constr. אֲחֹז, cum præf. בַּאֲחֹז, לֶאֱחֹז, imper. אֱחֹז, fem. אֲחֹזִי (pro אֱחֻזִי) pl. אֱחֹזוּ, in pausâ אֲחֹזוּ; fut. יֹאחַז, rarius יֶאֱחַז, cum vav convers. וַיֹּאחַז 2 Sam. 20, 9, — 1) *prehendit, apprehendit* spec. manu. Constr. cum acc. pers. vel rei Ps. 56, 1. Jud. 12, 6, sæpius etiam seq. בְּ Ex. 4, 4. Job 23, 11 : 2 Sam. 20, 9. Metaph. tribuitur terrori, metui Ex. 15, 14, 15. Ps. 48, 7. et vicissim de aliquo dicitur *cepit apprehendit* horrorem, dolores Job 18, 20. 21, 6. Jes. 13, 8. — 2) *cepit* in bello, venando, piscando Jes. 5, 21. Eccl. 9, 12. Cant. 2, 15. — 3) *cepit* eligendo, eximendo è numero Num. 31, 30 : 1 Par. 24, 6. — 4) prehensum *tenuit*, cum acc. 1 Par. 13, 9. 2 Par. 25, 5, et בְּ Gen. 25, 26. Metaph. *amplexus est* aliquid cum acc. Job 17, 9 (cf. κρατέω Apoc. 2, 25), c. בְּ 23, 11. Part. pass. significatu activo. אֲחוּזֵי־חָרֶב *tenentes gladium* Cant. 3, 8. — 5) *conjunxit, conjunctus fuit, adhæsit* 1 Reg. 6, 6. Ezech. 41, 6. — Hinc 6) *conjunxit* tigna et asseres, *contignavit, tabulavit, contabulavit.* 1 Reg. 6, 10. Hinc denique 7) *clausit, occlusit* Neh. 7, 3.

Niphal נֶאֱחַז, partic. נֶאֱחָז, plur. נֶאֱחָזִים; imp. plur. הֵאָחֲזוּ, fut. plur. יֵאָחֲזוּ; 1) *prehensus, captus est* Eccl. 9, 12. — 2.) *hæsit* Gen. 22, 13. — 3) *possessorem, se fecit, occupavit* Gen. 34, 10. 47, 27. Jos. 22, 9, 19.

Pih. part. מְאַחֵז *continere faciens, contignans* Job 26, 9, ubi agitur de facie throni Dei, et sensus est : contignat et coagmentat cœli superficiem.

ut in eo posteà nubes consternantur, ut in altero hemistichio sequitur : sic vulgò (cf. Hophal) ; sed aliqui *claudens*, *occludens* vertunt i. e. abscondens et obvelans nubibus, adscitâ imprimis significatione *claudendi* quâ gaudet אחז in Kal Neh. 7, 3. Verùm hoc ipso Neh. loco agitur de portis civitatis claudendis, quæ ideo multò rectius conjungi et contignari dicerentur, quàm abscondi aut obvelari, præsertim si ad modum attendamus quo veteres Hebræi portas occludebant.

Hoph. part. לַכְּסֵא מְאֻחָזִים *throno conjuncta coagmentata*, *contignata* 2 Chron. 9, 18, ubi de sex gradibus et scabello sermo est. Deriv. protinus sequuntur.

אָחָז nom. pr. 1) regis Judæ, 2 Reg. 16, 1 sq. 2 Par. 28, 16 sq. Jes. 7, 1 sq. 38, 8. — 2) cujusdam viri 1 Par. 8, 35. 9, 42.

אֲחֻזָּה fem., constr. אֲחֻזַּת, suff. אֲחֻזָּתְכֶם ; *possessio* imprim. terragum agrorumque ; adhibetur tamen de mancipiis Lev. 25, 45, 46. Conjungitur אֲחֻזַּת נַחֲלָה Num. 27, 7, et נַחֲלַת אֲחֻזָּה 35, 2.

אַחְזַי n. pr. viri Neh. 11, 13, pro quo 1 Par. 9, 12 יַחְזֵרָה.

אֲחַזְיָה et אֲחַזְיָהוּ n. pr. 1) regis israëlitici 1 Reg. 22, 40 : 2 Reg. 1, 2. — 2) Regis Judæ 2 Reg. 8, 24. 9, 16.

אַחְזָם n. pr. viri 1 Par. 4, 6.

אֲחֻזַּת nomen. pr. viri Genes. 26, 26.

אחח rad. inusit. undè אַח, אֹחִים derivantur.

אֲחִי vide אֲחִיו.

אֲחִי n. pr. viror 1 Par, 5, 15. 7, 34.

אֲחִיאָם n. pr. m. viri 2 Sam. 23, 33 : 1 Par. 11, 33.

אֲחִיָּה n. pr. viror 1 Sam. 14, 3, 8 : 1 Reg. 4, 2 15, 27, 33 : 1 Par. 2, 25. 8, 7. 11, 36. 26, 20. Neh. 10, 27. it. n. pr. prophetæ 1 Reg. 11, 29. 12, 15, pro quo אֲחִיָּהוּ 14, 6. 18 ; 2 Par. 10, 15.

אֲחִיהוּד n. pr. viri Num. 34, 27.

אֲחִיו n. pr. viror. 2 Sam. 6, 3. 4 : 1 Par. 8, 14, 31. 9, 37.

אֲחִיחוּד n. pr. viri 1 Par. 8, 7.

אֲחִיטוּב n. pr. viror 1 Sam. 14, 3. 22, 9 : 2 Sam. 8, 17 : 1 Par. 5, 37. Neh. 11, 11.

אֲחִילוּד n. pr. viri 2 Sam. 8, 16. 20, 24 : 1 Reg. 4, 2.

אֹחִים v. אַח.

אֲחִימוֹת n. pr. viri 1 Par. 6, 10 (25), pro quo in locis parallelis מַחַת legitur.

אֲחִימֶלֶךְ n. pr. viror 1 Sam. 21, 2. 22, 9 : 2 Sam. 8, 17. Ps. 52, 2 : 1 Chron. 24, 3, 6, 31.

אֲחִימָן n. pr. viror. Num. 13, 22. Jos. 15, 14. Jud. 1, 10 : 1 Par. 9, 17.

אֲחִימַעַץ n. pr. viror. 1 Sam. 14, 50 : 2 Sam. 15, 27. 36, 17. 17, 20. 18, 19 sq.

אֲחִין n. pr. viri 1 Par. 7, 19.

אֲחִינָדָב n. pr. viri 1 Reg. 4, 14.

אֲחִינֹעַם n. pr. mul. 1 Sam. 14, 50. it. viror. 1 Sam. 25, 43. 27, 3. 30, 5 : 2 Sam. 2, 2. 3, 2.

אֲחִיסָמָךְ n. pr. viri Ex. 31, 6. 33, 34.

אֲחִיעֶזֶר n. pr. viror m. Num. 1, 12. 2, 25. 7, 66 : 1 Par. 12, 3.

אֲחִיקָם n. pr. viri 2 Reg. 25, 22. Jer. 39, 14. 40, 5 sq.

אֲחִירָם n. pr. viri Numer. 26, 38. Patronym. ׳י — ibid.

אֲחִירַע n. pr. viri Numer. 1, 15. 2, 29. 7, 78, 83. 10, 27.

אֲחִישַׁחַר n. pr. viri 1 Chron. 7, 10.

אֲחִישָׁר n. pr. viri 1 Reg. 4, 6.

אֲחִיתֹפֶל n. pr. viri 2 Sam. 15—17.

אַחְלָב n. pr. oppidi in tribu Asser Jud. 1, 31.

אַחֲלַי et אַחֲלֵי *utinam! faxit Deus!* 2 Reg, 5, 3. Ps. 119, 5. Vulgô derivant à rad. חלה, Pi. חִלָּה פָּנִים *demulsit faciem, adulatus est, rogavit*, sed nonne potius composita est ex אַח et לַי = לִי ?

אַחְלַי n. pr. viri 1 Par. 11, 41. Et mul. 2, 31.

אַחְלָמָה f. Ex. 28, 19 nomen gemmæ. LXX. Vulg. ἀμέθυστος, *amethysthus*. Videtur esse verbale Hiph. à חלם *somniavit*, fortasse quia gestantibus somnia indicat. Sic dicitur ἀμέθυστος, quod ebrietatem depellat à gestantibus.

אַחְמְתָא vid. infra in Lexic. Chald.

אֲחַסְבַּי n. pr. viri 2 Sam. 23, 34.

אָחַר *posterior fuit*, hinc *moratus, cunctatus est;* fut. conv. וְאָחַר *et moratus sum* Gen. 32, 5. ex Chaldaïsmo, sic in אחב et אזל.

Pi. אִחֵר, pl. אֲחֵרוּ pro אֲחֵרוּ part. plur. מְאַחֲרִים, constr. מְאַחֲרֵי; fut. יְאַחֵר, in pausâ יְאַחַר. Sed וַיִּרְחַר quod exstat in Keri 2 Sam. 20, 5, vid. in rad. יחר; — 1) *retardavit, moratus est* aliquem Gen. 24, 56, *distulit* aliquid Ex. 22, 28, et per ellipsin Deut. 7, 10 : *non differt* (pœnas) *osori suo.* — 2) ut Kal *moratus, cunctatus est* Gen. 34, 19. Jud. 5, 28. Ps. 40, 18. 70, 6. — 3) *immoratus est rei*, hinc מְאַחֲרִים עַל־חַיָּיִן *qui diu immorantur vino* i. e. qui ad multam noctem bibunt, Prov. 23, 30. Cf. Jes. 5, 11. Ps. 127, 2.

Deriv. statim seq., adde אָחוֹר.

אַחֵר (cum Dag. forti occulto) f. אַחֶרֶת, pl. m. אֲחֵרִים, f. אֲחֵרוֹת (à sing. deperdito אָחֵר 1) adj. pr. *sequens, alter*, spec. qui primum sequitur, *secundus* (a sequendo) Gen. 17, 21 : 1 Reg. 3, 22. Dein generatim *alius, alia, aliud* Gen. 4, 25. 8, 10, 12. 29, 19, etc. אֱלֹהִים אֲחֵרִים *dii alii*, de idolis Deut. 6, 14. 7, 4. Jer. 1, 16. 7, 18 et sexcenties Sing. אֶל אַחֵר Ex. 34, 14, et omisso אֶל Jes. 42, 8 : וְכְבוֹדִי לְאַחֵר לֹא־אֶתֵּן *et gloriam meam alii* (Deo) *non relinquam.* 48, 11. Semel, ut videtur, adverb. : *aliorsum.* Psalm. 16, 4 : מָהֲרוּ אַחֵר (אֲשֶׁר) *qui aliorsum festinant* sc. à vero deo ad idola. — 2) n. pr. viri 1 Par. 7, 12.

אַחַר, pl. אֲחֵרִים undè constr. אַחֲרֵי, suff. אַחֲרֵיהֶם, אַחֲרֶיךָ, אַחֲרָיו, אַחֲרֵי, pr. *posterius, pars posterior, postica, extrema* 2 Sam. 2, 23. Sed plerumque abit 1) in adv. tum loci, *ponè, post, à tergo*, sic Gen. 22, 13, ubi genuinus sensus est : Abraham audito strepitu (arietis videlicet expedire sese à fruticeto conantis), oculos deflexit et animadvertit arietem à tergo

vepribus jam implicitum (נֶאֱחָז plusquamper fect.). Non audiendus Gesenius, qui אַחַר, *in recessu*, non autem *post tergum* vertendum statuit, neque est, cur cum Samar. LXX. Syr. et 42 codd. legatur אֶחָד. —tum temporis, *postea*, *tum*. Gen. 10, 18. 18, 5, 24, 55. 30, 21, etc. — 2) præp. loci, *pone*. Cant. 2, 9. Ex. 3, 1. it. *post*. הָלַךְ אַחַר פ׳ *secutus est aliquem* Gen. 37, 17. Job, 31, 7. מֵאַחַר עָלוֹת הֱבִיאוֹ *à post lactantes duxit eum* i. e. eum, qui pecudes secutus erat, duxit Ps. 78, 71.—temporis, *post*. Gen. 9, 28. 15, 1. 22, 1. Sequ. Infin. *postquam*. Num. 6, 19. אַחַר כֵּן pr. *post sic* i. e. postquam ita, ut dictum est, res evenerant, i. e. *postea* Lev. 14, 36. Deut. 21, 13. — 3) conj. אַחַר אֲשֶׁר *postquam*. Eze. 40, 1, et omisso אֲשֶׁר Lev. 14, 43, Job. 42, 7. Sed pro אַחַר longe frequentius in Plural. dicitur אַחֲרֵי, quo constanter utuntur, ubi Suffixa affigenda sunt. Hinc fit 1) præp. tum loci *pone* Jud. 18, 12 (h. l. i. q. ab occidente), crebrius *post*, Lev. 26, 33: 1 Sam. 14,37: 2 Reg. 19, 21. אַחֲרֵיהֶם (אֲשֶׁר) *qui eos sequuntur* i. e. assentatores et parasiti eorum Ps. 49, 14. Hinc jungitur verbis *eundi*, ut valeant *sequi*. הָיָה אַחֲרֵי פ׳ est: *partes alicujus secutus est* Ex. 23, 2: 2 Sam. 2, 10. Cf. 1 Reg. 1, 7. Prov. 28, 23.— tum temporis, *post* Gen. 16, 13. 17, 8. Seq. infin. *postquam* Gen. 5, 4.—2) conj. *postquam* plerumque dicitur אַחֲרֵי אֲשֶׁר. Deut. 24, 4. Jos. 9, 16, 23, 1, rariùs אֲשֶׁר omititurLev.25,48.Semel אַחֲרֵי כַּאֲשֶׁר Jos. 2, 7.—3) אַחֲרֵי־כֵן pr.*post* quam res *ita* evenerant, i. e. *postea*. Gen. 15, 14. 23, 19. 25, 26, etc. Addito אֲשֶׁר denuo fit Conjunctio et i. q. אַחֲרֵי אֲשֶׁר ut lat. *posteaquam* pro *postquam* Gen. 6, 4: 2 Sam. 24, 10. Cum præfix. et aliis præp. 1) מֵאַחֲרֵי, semel מִן אַחֲרֵי 1 Par. 17, 7, pr. *à post*, *ne* (sit amplius) *post* (aliquid), Usurpatur maxime, ubi, quem antea secuti eramus, relinquimus, alias partes jam amplexi Num. 14, 43, 43. Deut. 7, 4: 2 Sam. 20, 2, it. *à tergo*, *post* Jos. 8, 2. Ex. 14, 19. Jer. 9, 21; de tempore Eccl. 10, 14. Apud Neh. 4, 7, pro eo est, מֵאַחֲרֵי לְ. Hinc מֵאַחֲרֵי כֵּן *postea* 2 Sam. 3, 28. 15, 1. — 2) אֶל אַחֲרֵי *post* cum acc. *ad tergum*. 2 Reg. 9, 18: סֹב אֶל אַחֲרַי *redi post me*. 2 Sam. 5, 23. — 3) עַל אַחֲרֵי Ezc. 41, 15 i. q. אַחֲרֵי Cf. עַל.

אַחֲרוֹן, f. אַחֲרֹנָה (ab אַחַר cum term. וֹן) 1) *posterior*, oppos. priori, superiori (רִאשׁוֹן) Gen. 33, 2. Ex. 4. 8. Deut. 24, 3. הַיָּם הָאַחֲרוֹן *mare posterius* i. e. occidentale, mediterraneum Deut. 11,24.34,2.Joël 2, 20. —2) *posterus*, *a*, *um* Ps. 48,14.Prov. 31, 25. Jes. 30, 8. Plur. אַחֲרוֹנִים *posteri* Job. 18, 20.—3) *postremus*, *ultimus*, *novissimus*. Jes. 44, 6. Job. 19, 25. Neh. 8, 18. Fem. אַחֲרֹנָה adv. *postremùm*. Dan. 11, 29. It. בָּאַחֲרֹנָה Deut. 13, 10 et לָאַחֲרֹנָה Num. 2, 31. Eccl. 1, 11 *in fine*, *postremò*.

אַחֲרַח n. pr. viri 1 Par. 8, 1.

אֲחַרְחֵל nomen propr. viri 1 Par. 4, 8.

אַחֲרִית f. 1) *pars postrema, extrema.* Ps. 139, 9. Frequentius de tempore, *finis* Deut. 11, 12, *exitus, eventus,* ultima sors Job 8, 7. 42, 12. Prov. 5, 4. etc. De eventu felici Prov. 23, 18. 24, 14. — *tempus posterum, futurum,* Gen. 49, 1. Jes. 2, 2. Mich. 4, 1. —2) *posteritas, posteri.* Ps. 109, 13. Amos 4, 2. 9, 1. Dan. 11, 4.

אֲחֹרַנִּית adv. *retrorsum.* Gen. 9, 23: 1 Sam. 4, 18.

אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים m. pl. vox origine persica Esther. 3, 12. 8, 9. 9, 3, etc. *satrapæ*, provinciarum majorum præfecti apud veteres Persas, civili et militari potestate instructi, regnum, quorum splendorem æmulabantur, in provinciis vicarii. Singulis harum provinciarum partibus circulisque procuratores (פַּחוֹת) præerant, satrapæ integris provinciis.

אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ *Assuerus*, nomen, seu titulus regum Persarum et Medorum, Esth. 1, 1. Dan. 9, 1. Esr. 4, 6.

אֲחַשְׁרֹשׁ Esth. 10, 1 Chethib, pro אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ.

אֲחַשְׁתָּרִי n. pr. viri 1 Par. 4, 6.

אֲחַשְׁתְּרָנִים plur. masc. vox persica *muli*, Esth. 8, 10.

אַחַת v. אֶחָד.

אַט m. 1) *tenuis sonus, murmur, gemitus*, et plur. coner. אֲטִים *mussitatores* i. e. νεκρομάντεις, ventriloqui, vocis artificiosæ murmure manium vocem imitantes (v. sub. אוֹב) Jes. 19, 3. — 2) *lenis incessus, lenis fluxus, lenis agendi ratio*, unde: לְאַט, לָאַט plerumque adv. *leniter, lente*, de leni lentoque incessu lugentis 1 Reg. 21, 27, de aqua leniter fluente Jes. 8, 6. — לְאַטִּי pr. *leni incessu meo*, i. e. *lentè* Gen. 33, 14. — de agendo et loquendo 2 Sam. 18, 5: לְאַט לִי לַנַּעַר *leniter* agite *mihi cum puero!* Job 15, 11: וְדָבָר לָאַט עִמָּךְ *et verbum placidè tecum* factum. Rad. אטט Hebr. inus. sed Arab. *lenem sonum edidit, murmuravit.*

אטד Hebr. inusit. Arabib. *firmus fuit*; hinc:

אֵטָד m. *rhamnus* (*Rhamnus paliurus* Linn.), à firmitate radicum dicta Jud. 9, 14. 15. Ps. 58, 10.

אֵטוּן m. forsan *instratum* (*tapis*) Prov. 7, 16. Rad. אטן.

אָטֹם, part. act. אָטֵם, pass. plur. אֲטוּמִים, f. אֲטוּמוֹת; *clausit, obturavit* os, aures Prov. 17, 28. 21, 13. Jes. 33, 15. חַלּוֹנוֹת אֲטֻמוֹת Eze. 40, 16. 41, 16. 26, *fenestræ clathris cancellisve clausæ*, ità ut extrinsecus ne violentiâ quidem aperiri possent. Cf. 1 Reg. 6, 4.

Hiph. יְאַטֵּם *obturabit.* Ps. 58, 5.

אָטַר, fut. יֶאְטַר *claudet*, Ps. 69, 16. Vicinæ rad. sunt עָצַר, חָצַר, אָצַר. Indè:

אָטֵר n. pr. viror. Esr. 2, 16, 42. Neh. 7, 21, 45.

אָטֵר masc. præclusus *impeditus.* אָטֵר יַד יְמִינוֹ *impos manu dexterâ suâ* Jud 3, 15. 20, 16.

אַי constr. אֵי 1) adv. *ubi?* — 2) nota quæ adverbiis et pronominibus, quibus præmittitur, vim interrogativam tribuit. Hinc אֵי זֶה *quis?* sed ubique (præter Eccl. 11, 6) cum

respectu ad locum 1 Reg. 13, 12 : אֵי זֶה הַדֶּרֶךְ הָלַךְ *quânam viâ abiit?* Job 38, 24, etc. et sine interrogatione Jer. 6, 16. Eccl. 11, 6. Alibi est *ubi*? Job 28, 12. Est. 7, 5. Scribitur quoque אֵיזֶה v. infra. אֵי מִזֶּה *unde?* Gen. 16, 8: 1 Sam. 30, 13. Jon. 1, 8 : אֵי מִזֶּה עַם אַתָּה *ex quonam populo es?* (Pr. *undenam populi?* sic Plaut. *unde gentium?* Odyss. 1, 170 πόθεν ἀνδρῶν). אֵי לָזֹאת *cur? quare?* (à לָזֹאת *propterea*) Jer. 5, 7. Aliis quibusd. partic. אֵי arctius jungitur, ut in unum vocabulum coalescant, אֵיךְ, אֵיכָה, אֵיכֹה, אֵיפֹה, q. vide.

אִי (pro נִאי, à rad. נאה) m. pl. אִיִּים, et termin. Chald. אִיִּין Eze. 26, 18; const. אִיֵּי; pr. ut videtur *regio longinqua, remotissima.* Sic autem vocabant Hebræi regiones quasvis, quæ ad occidentem vergebant. Hinc dicitur 1) de *regione maritimâ*, et spec. de *orâ maris* Jes. 20, 6. 23, 2, 6. Eze. 27, 7 : אִיֵּי אֱלִישָׁה *oræ Elisæ* i. e. Peloponnesi s. Græciæ. — it. de *insulâ* Jer. 47, 4 : אִי כַּפְתֹּר *insula Caphtor* i. e. Creta. אִיֵּי כִתִּים *insulæ Chittæorum* Eze. 27, 6. Jer. 2, 10. cf. Esth. 10, 1, ubi אִיֵּי הַיָּם opponuntur *terræ continenti.* Sæpissimè Plur. in universum usurpatur de *regionibus maritimis* et *transmarinis* (Jer. 25, 22 per epexegesin הָאֵי אֲשֶׁר בְּעֵבֶר הַיָּם), et proindè longissimè remotis Jes. 24, 15. 40, 15. 41, 1. 5. 42, 4. 10. 12. 49, 1. 51, 5, impr. de oris maris mediterranei Ps. 72, 10 Dan. 11, 18, quæ magis definitè אִיֵּי הַיָּם Jes. 11, 11, et אִיֵּי הַגּוֹיִם Gen. 10, 5. Soph. 2, 11. — Eze. 27, 15 Indiæ Archipelagus intelligendus est. — 2) de *solitudine, deserto;* undè concret. *incola deserti.* וְעָנָה אִיִּים בְּאַלְמְנוֹתָיו *et ululabunt incolæ deserti* (aves silvestres) Jes. 13, 22. Sic 34, 14. Cf. אִיָּה. — * Quidam אִי deducunt à stemmate נָוָה, et vertunt *terram habitabilem, habitatam*, conferentes illud Jes. 42, 15 : וְשַׂמְתִּי נְהָרוֹת לְאִיִּים *et mutabo flumina in terras habitabiles :* sed aliam prorsùs vatis sacri mentem redarguit contextus. Totus enim in eo est propheta, ut nobis ob oculos ponat, omnia, fervente irâ divinâ, sus deque verti atque omninò pessumdari. Non ergò cogitavit de fluminibus tanquàm in terras habitabiles vertendis, sed potiùs utpotè in siccas et aridas plagas, seu vastam solitudinem, vastum desertum, mutandis. Ponitur etenim in loco paralello Jes. 50, 2 מִדְבָּר *desertum*, pro אִיִּים.*

אִי forsan onomotap. interj. i. q. אוֹי *væ!* cum dat. Eccl. 10, 16. 4, 10, ubi pleræque editt. junctim exhibent אַיְלוֹ *væ ei!*

אִי adv. *non* Job 22, 30 et in nominib. pr. Latet etymon, quamquàm Buxtorfius per apocopen dici putat pro אֵין.

אִי־כָבוֹד n. pr. viri 1 Sam. 4, 21.

אֹיֵב, part. אוֹיְבִי, suff. אוֹיְבְךָ, אוֹיְבֶיךָ; pl. אוֹיְבִים, constr. אוֹיְבֵי, suff אוֹיְבָיו; f. אוֹיֶבֶת, undè אוֹיַבְתִּי sed aliis ; est parag.; *adversatus est alicui, inimice et hostiliter persecutus est aliquem,*

odit. Verbum finitum occurrit tantùm Ex. 33, 22. Sed longè frequentissimi usûs est Part. *adversarius, inimicus, hostis* Gen. 22, 17. 49, 8: 1 Sam. 18, 29. — *inimica*, collect. de inimicis, hostibus Mich. 7, 8. 10. Indè:

אֵיבָה, constr. אֵיבַת f. *inimicitia, hostilis animus* Gen. 3, 15. Num. 35, 21. Eze. 25, 15. 35, 5.

אֵיד m. pr. *id quod premit;* unde 1) *grave infortunium, calamitas* Ps. 18, 19. Job 21, 30. — 2) *exitium, pernicies* Job 18, 12. 21, 17. 30, 12. אֵיד אֵל *exitium Dei* i. e. à Deo immittendum. Rad. אוד.

אִיָּה f. cujus. masc. est אִי; pr. *deserti, solitudinis habitatrix;* dein 1) *avis* quædam è genere immundarum et rapacium Lev. 11, 14. Deut. 14, 13, cui insignis oculorum acies tribuitur Job 28, 7. LXX. et Vulg. modo *vulturem*, modo *milvum* reddunt. Juxta Bochart *æsalon* veterum, noster *emerillon.* — 2) n. pr. viror. Gen. 24, 24: 2 Sam. 3, 7. 21, 8: 1 Chron. 1, 40.

אַיֵּה i. q. אַי *ubi?* cum ה— parag.; suff. אַיּוֹ *ubi ille?* Ex. 2, 20, etc., אַיָּם *ubi illi?* Jes. 19, 12, etc. et cum נ epenthet. אַיְנֶה *ubi tu?* Gen. 3, 9. In interrog. obliquâ Nah. 3, 17. Job 15, 23.

אִיּוֹב n. pr. *Jobus*, præter librum à se nominatum tantùm Eze. 14, 14, 20 commemoratus.

אִיזֶבֶל n. pr. mulieris 1 Reg. 16, 31. 18, 4, 13. 21, 5 sq. 2 Reg. 9, 7 sq.

אֵיזֶה *ubi?* Job 38, 19, 24 Compos. ex אַי *ubi?* et זֶה *hic.*

אֵיךְ *quomodo?* (decurt. ex אֵיכָה) Gen. 26, 9. Sæpe est dolentis (*eheu*) *quam!* Ps. 73, 19. Jes. 14, 4. Eccl. 2, 16. In interrog. obliquâ Ruth, 3, 18: 2 Reg. 17, 28:

אֵיכָה (ex אַי no. 2 et כָּה i. q. כֹּה *ita, hic*) — 1) *quomodo?* Deut. 1, 12. — 2) *ubi?* Cant. 1, 7. Sæpe dolentis est (ut אֵיךְ) Jes. 1, 21. Thren. 1, 1. Citra interrog. Deut. 12, 30.

אֵיכָה *ubi*, sine interrog. 2 Reg. 6, 13, ubi in Keri legitur אֵיכוֹ.

אֵיכָכָה *quomodo?* Cant. 5, 3 Esth. 8, 6 ex אֵי et כָּכָה = כָּה, כָּה *ita.*

אֵיל v. rad. אול Deriv. statim.

אַיָּל m. pl. אַיָּלִים; *cervus* Deut. 12, 15. 14, 5. Jes. 35, 6. Cant. 2, 9. 17. Ubique est mascul. gen., sed Ps. 42, 2 femimino junctum more communium, cervam notat, quæ alibi peculiari formâ אַיָּלָה, אַיֶּלֶת appellatur. Quod ad etymon attinet, אָיַל est quasi intensivum vocis אַיִל pr. igitur *magnum arietem* notat, אַיָּלָה *capram majorem.*

אַיִל m. constr. אֵיל, pl. אֵילִים et אֵלִים, cons. אֵילֵי, suff. אֵילָיו, אֵילֵיהֶם pro אֵלֵיהֶם. 1) *aries* Gen. 15, 9. 31, 38. Ex. 25, 5. Num. 5, 8. Job 42, 8. — 2) *superliminare*, sic vulgò, sed non improbabilis opinio Gesenii, qui ait: « architecturæ vocabulum significans *crepidinem portæ* s. marginem prominentem, qui portam superne et ab utraque parte cingit, plerumque columnis utrinque, superne zoophoro, infra crepidine or-

natum, 1 Reg. 6, 31. Eze. 41, 3 cf. 40, 9, 21, 24, 26, 29, 33, 36, 37, 48, 49. In Plur. אֵילִים *crepidines* s. partes in fronte ædificii prominentes, columnis palmisve plerumque ornatæ, quibus lacunaria s. intercolumnia, ubi fenestris locus, interjecta erant. Eze. 40, 10, 14, 16, 38. 41, 1. Verss. antiquæ modo *postes*, modo *columnas* reddunt, Aqu. κρίωμα q. d. arietinum opus i. e. columnarum maxime corinthiarum voluta, alibi κριός dicta. Cf. אַיִל.»

אַיִל m. *fortitudo robur* Ps. 88, 5.

אַיִל pl. אֵילִים m. pl. *fortis, robustus* 1) Plur. *potentes, primores, principes civitatis* Ex. 15, 15. Eze. 17, 13. et 2 Reg. 24, 15 (in Keri). — 2) *arbor robusta*, spec. terebinthus, et quercus, ut plurimi contendunt. Sing. semel exstat Gen. 14, 6 in n. pr. אֵיל פָּארָן LXX. τερέβινθος τῆς Φαράν. Plur. אֵלִים, אֵילִים Jes. 1, 29. 57, 5. 61, 3. Cæterum confer, si placet, quæ de hoc vocabulo disputârunt Celsius in Hierobot., Michaëlis in Supplem. et Gesenius in Thesaur.

אַיָּלָה f. pl. אַיָּלוֹת, constr. אַיְלוֹת; *cerva* 2 Sam. 22, 34. Ps. 18, 34. Cant. 2, 7. 3, 5. et sic communiter Gen. 49, 21, ubi tamen Bochart putat legendum אַיָּלָה et locum exponit נַפְתָּלִי אַיֶּלֶת שְׁלֻחָה הַנֹּתֵן אִמְרֵי שָׁפָר *Nephtali est terebintus surculosa, edens ramos pulchritudinis*, i. e. egregios et speciosos. Ita etiam LXX et quidem haud parùm aptè.

אַיָּלוֹן n. pr. 1) urbis leviticæ in tribu Dan Jos. 10, 12. 19, 42. 21, 24. Jud. 1, 35. — 2) urbis in tribu Zabulon Jud. 12, 12.

אַיָּלוֹן n. pr. 1) oppidi Danitarum Jos. 19, 43 : 1 Reg. 4, 9.—2) n. pr. viror. Gen. 26, 34. 36, 2. 46, 14. Jud. 12, 11.

אַיָּלוֹת et אַיֶּלֶת n. pr. urbis Idumææ ad sinum orientalem maris rubri sitæ, qui ab ea sinus Ælanites nuncupatur Deut. 2, 8 : 2 Sam. 8, 14 : 1 Reg. 9, 26 : 2 Reg. 14, 22. 16, 6. A Josepho dr. Εἰλάνη, Ἔλανα Ptolemæo, *Ælana* Plinio (VI. 32 s. 38). Vid. *Relandi* Palæst. p. 217. 554 sq.

אֵילוּת f. undè cum suff. אֵילוּתִי *robur meum* Ps. 22, 20.

אֵלֶם et אוּלָם, pl. אֵילַמִּים et אֲלַמִּים; suff. אֵילָמָיו in Keri, ubi Chetib אֲלַמָּו habet; pl. f. אֲלַמּוֹת; *projectura cymatii* (*doucine*, *cymaise*); quantùm autumare licet. Apertè ab אוּלָם, quocum plerique confuderunt, distinguitur Eze. 40, 7 sq. Nimirùm אֵילַמִּים ædificium circumcircà cingunt, iisque ferè ubivis אֵילִים junguntur. Vid. 40, 16, 22, 26, 29.

אֵילָם n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Ex. 15, 27. 16, 1. Num. 33, 9. Cum He parag. אֵילָמָה Exod. 15, 27.

אֵילַת vid. אֵילוֹת.

אַיֶּלֶת f. i. q. אַיָּלָה (cui est pro statu constr.) *cerva*, Jer. 13, 5. Trop. blanda feminæ compellatio Prov. 5, 19. Sed in inscriptione Psal. 22 : עַל־אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר *ad cervam auroræ*, carminis cujusdam nomen esse vide-

tur, ad cujus modos hic Psalmus decantandus esset.

אִים rad. inus. Chald. et Talmud. אֵים *terruit*. Indè :

אֵימָה f. אֲיֻמָּה ; *terribilis*, *formidabilis*. Hab. 1, 7. Cant. 6, 4. 10, et אִימָה, f. constr. אֵימַת cum ה parag. אֵימָתָה ; suff. אֵימָתוֹ, אֵימָתָם ; pl. אֵימוֹת et אֵימִים, suff. אֵימֶיךָ ; — 1) *terror* Gen. 15, 12. Deut. 32, 25. Ps. 55, 5. 88, 16. Activè sumitur : sic Prov. 20, 2 : אֵימַת מֶלֶךְ *terror regis*, i. e. quem rex incutit. Job 33, 7 : אֵימָתִי *terror meus* i. e. quem incutio. — 2) *idola* pr. *terricula* Jer. 50, 38. Cf. מְפֻלָּצֹת. 3) *Emæi*, n. pr. populi antiquissimi, qui ante Moabitas terram ipsorum incoluisse fertur. Gen. 14, 5. Deut. 2, 11.

אִין rad. inus. i. q. אוּן. Indè :

אַיִן stat. constr. אֵין, suffix. אֵינֶנִּי, אֵינֶנּוּ, f. אֵינֵךְ, אֵינֶךָּ (cum Nun *Epenthet.*), fem. אֵינָם, אֵינְכֶם, אֵינְכֶן et formâ plur. (quasi ab אֵינִים) אֵינֵימוֹ, אֵינֵמוֹ ; pr. subst. *nihilum*, *defectus*, *vacuitas*, Deut. 22, 27. Jer. 40, 23, etc. Hinc adv. 1) *nihil*. Sæpè ità, ut verbum substantivum involvat 1 Reg. 8, 9 : אֵין בָּאֲרוֹן רַק שְׁנֵי לֻחוֹת הָאֲבָנִים *nihil erat in arcâ præter duas tabulas lapideas*. Ex. 22, 2. Ps. 19, 7. — 2) *non*, incluso itidem verbo subst. : *non est*, *non erat*, *non sunt*, *non erat*, etc. i. q. לֹא יֵשׁ. Gen. 37, 29. Lev. 13, 31. Numer. 14, 42. Ps. 10, 4, etc. Observand. cum verbum subst. ex linguæ usu in hâc negandi particulâ lateat, ea pœnè ubivis participio jungitur. Dan. 8, 5 : *ecce hircus ab occidente veniebat super faciem terræ* וְאֵין נֹגֵעַ בָּאָרֶץ *et non tangebat terram*, i. q. לֹא נָגַע Ex. 5, 16. Esth. 3, 8. 7, 4. Esr. 3, 13. Sæpe ità circumscribitur *nemo*, *nullus* Jos. 6, 1 : אֵין יוֹצֵא וְאֵין בָּא *neque* (erat) *egrediens*, *neque* (erat) *ingrediens*, i. e. nemo egrediebatur, et nemo ingrediebatur. Levit. 26, 6. Jes. 5, 29. Rarissimè jungitur verbo finito. אֵין לִי *mihi non est* dicitur pro *non habeo*, *non habui*. Lev. 11, 10 : 1 Sam. 1, 2, sequente gerundio sæpè valet *non licet*, sicut οὐκ ἔστιν pro οὐκ ἔξεστιν, Esth. 4, 2. Ruth 4, 4. Ps. 40, 6. Variis jungitur vocabulis : אֵין אִישׁ *nemo est*, *erat*, אֵין דָּבָר, et אֵין מְאוּמָה *nihil quicquam est*, *erat*, אֵין כֹּל *nihil prorsus est*, *erat*. — 3) *non adest*, *non præsto est*, *erat*, *erant*, etc. (*il n'y a pas*) Num. 21, 5 : 1 Sam. 9, 4, etc. — 4) *sine*, *absque* i. q. בְּאֵין. Sed. pr. exempla redeunt ad no. 2. Joel 1, 6 : *valide et absque numero*, pr. et non est numerus. Deut. 32, 4. — 5) cum præfixis : בְּאֵין pr. *in defectu*, hinc *dum non*, *priusquàm* (esset) Prov. 8, 24. Sed plerùmquè *sine* Eze. 38, 11. Prov. 5, 23. 11, 14. — כְּאַיִן *propemodum*, *pœnè* Ps. 73, 2, pr. *ferè nihil*, hinc : *nihil abfuit quin*. Cf. כִּמְעַט *parùm abfuit quin* i. e. *propemodum*. — לְאַיִן pro לַאֲשֶׁר אֵין *ei cui non* (est) Jes. 40, 29, *ei cui nihil* (est) Neh. 8, 10. it. pro לְלֹא הָיוֹת *ita ut non* (esset) Esr. 9, 14. מֵאַיִן *ita ut non* (cum duplice negatione) Jes. 5, 9 : מֵאֵין יוֹשֵׁב *ita ut non sit habitator*. 6, 11. it. *eo quod non* (est) Jes. 50, 2. i. q. אֵין cum מִן pleonastico *nemo*. Jer. 10, 6, 7. 30, 7.

אַיִן ut אַי, אֵי, *ubi?* tantummodo cum præf. מֵאַיִן *undè?* Gen. 29, 4 et sæpè.

אִין ut אַיִן, sed interrogat. *annon?* 1 Sam. 21, 9.

אֲבִיעֶזֶר v. אִיעֶזֶר.

אֵיפָה, rarius אֵפָה f., constr. אֵיפַת; *Epha*, mensura, tantùm continens in aridis, quantùm *batus* in liquidis, i. e. tres *seas*, sive tria *sata*. Ex. 16, 16. Num. 5, 15. Jud. 6, 19. Ruth 2, 17. Mich. 6, 10, etc. אֵיפָה וְאֵיפָה, *duplex modius* (alter justus, alter justo minor et injustus) Prov. 20, 10. Deut. 25, 14 Amos 8, 5. Fortassè vox est ægyptica, quamquam nonnulli ad hebr. אוֹף alias אפה referunt. LXX. vertunt οἶφι vel οἴφει, quæ mensura Ægyptiorum antiquissima fuit.

אֵיפֹה (ex אַי et פֹּה — 1) *ubi?* 1 Sam. 19, 22. Jes. 47, 21, etc. — 2) *quomodò* Jud. 8, 18. In interrog. indir. Jer. 36, 19.

אֵיפוֹא i. q. אפוא *prorsus, ità, igitur*. Jud. 9, 38. Prov. 6, 3.

אִישׁ m. suff אִישִׁי, אִישְׁךָ, אִישָׁהּ, pl. ter tantùm (Ps. 141, 4. Prov. 8, 4. Jes. 53, 3) אֲנָשִׁים, alibi semper אֲנָשִׁים (vid. אֱנָשׁ), constr. אַנְשֵׁי, suff. אֲנָשָׁיו, אַנְשֵׁיהֶם, et periphrasticum בְּנֵי אִישׁ; 1) *vir*. Spec. *mas*, *masculus*, Gen. 4, 1: 1 Sam. 1, 11. Adeò de brutis Gen. 7, 2, cf. 1, 27. 6, 19. — *marius* Gen. 3, 6. 29, 32. 34. Ruth. 1, 11 Oppos. seni est nomen *virilis ætatis* 1 Sam. 2, 33. — Nonnunquam *qui virilem animum gerit*, *viri virtutem habet*, *strenuus* 1 Sam. 4, 9: 1 Reg. 2, 2. *homo*, oppos. numini Job 9, 32. 12, 10. Jes. 31, 8, maximè in Plur. Gen. 32, 29. Jes. 7, 13. Opp. bestiis Gen. 49, 6. Ex. 11, 7. — Per appositionem jungitur aliis substantivis, ut אִישׁ סָרִיס *eunuchus* Jer. 38, 7, אִישׁ כֹּהֵן *sacerdos* Levit. 21, 9; imprimis gentilitiis, אִישׁ עִבְרִי *Hebræus* Gen. 39, 14. — Sequ. genitiv. urbis terræ, populique *incola* civis ejus אִישׁ יִשְׂרָאֵל *Israelita*; אֲנָשֵׁי יִשְׂרָאֵל 1 Sam. 7, 11; אֲנָשֵׁי יְהוּדָה 2 Sam. 19, 42, item אַנְשֵׁי חָעִיר Gen. 24, 13. Hâc maxime signific. sing. אִישׁ collectivè ponitur, אִישׁ יִשְׂרָאֵל pro אַנְשֵׁי יִשְׂרָאֵל Jos. 9, 6. 7. 10, 24. Jud. 7, 8. 8, 22, etc. — Seq. genit. regis, ducis, præfecti militaris, domini etc. *viri alicujus* sunt *comites*, *sectatores*, *milites* ejus, 1 Sam. 23, 3, 12. 24, 5, 8. 28, 1. Semel fortassè de *cognatis* et *necessariis* dicitur, Eze. 24, 17, 22, ubi לֶחֶם אֲנָשִׁים est cibus, quem cognati et necessarii lugentibus mittere solebant. Similiter אִישׁ אֱלֹהִים et אִישׁ הָאֱלֹהִים *vir Dei*, i. q. servus Dei Deut. 33, 1, Jud. 13, 6, 8: 1 Sam. 2, 27, etc. Sequ. genit. qui attributum, virtutem, vitium, etc. designat, eum notat, qui *tali attributo præditus* est, sic: אִישׁ תֹּאַר *vir formæ* i. e. formosus, אִישׁ דָּמִים *sanguinolentus*, אַנְשֵׁי לֵבָב *cordati*, etc. אַנְשֵׁי חֵשֶׁם *celebres* Gen. 6, 4, cf. אִישׁ הָאֲדָמָה *agricola* Gen. 9, 21. — אִישׁ *virum* notat *nobiliorem*, oppos. אָדָם *homini*, *hominibus* ex plebe 2, 9. 5, 15, etc. — 2) *alter*, seq. אֶת, aut רֵעַ, Gen. 11, 3. Ex. 25, 10, etc.

— 3) *aliquis* Gen. 13, 16. Ex. 16, 29. Cant. 8, 7. — 4) *quisque, unusquisque*, Gen. 40, 5. Jud. 9, 55, etc. maximè si geminetur אִישׁ אִישׁ Exod. 36, 4. Lev. 20, 2. alibi אִישׁ אִישׁ *singuli* Num. 1, 4; sed אִישׁ וְאִישׁ, אִישׁ וְאִישׁ *homines varii generis* Ps. 87, 5. Esth. 8, 1. — 5) Imperson. pro Gall. *on*: כֹּה אָמַר אִישׁ *dictum fuit.* gall. *on a dit.* Sic legitur 1 Samuel. 9, 9: כֹּה אָמַר אִישׁ בְּיִשְׂרָאֵל *in Israële ita dicebant* l. dicebatur. בְּנֵי אִישׁ *filii viri* est periphrastic. pro *viri* simpliciter, sicut בְּנֵי אָדָם (vid. אָדָם no. 5), Ps. 4, 3. Interdum ἐμφατικῶς de viris nobilibus, oppos. בְּנֵי אָדָם (v. אָדָם no. 2) Ps. 49, 3. Prov. 8, 4. Hinc denominat.

Hithpal. הִתְאוֹשֵׁשׁ *virum se gessit*, *præstitit* (ἀνδρίζεσθαι); imper. pl. הִתְאַשְּׁשׁוּ *viros vos præstate* i. e. fortes strenuos præbete vos in abjiciendo idolotatriam, Jes. 46, 8.

אִישׁ־בֹּשֶׁת n. pr. viri 2 Sam. 2, 3, 4.

אִישְׁהוּד n. pr. viri 1 Par. 7, 18.

אִישׁוֹן m. (diminutiv. אִישׁ) 1) *homunculus*, et sequ. עַיִן *homunculus oculi* i. e. *pupilla*, in quâ hominis imaguncula conspicitur Deuter. 32, 10. Prov. 7, 2. Plenius Ps. 17, 8 אִישׁוֹן בַּת עַיִן *pupilla, filia oculi* (V. בַּת). — 2) Metaph. *medium, meditullium rei.* Hinc Prov. 7, 9: *in pupillâ noctis* i. e. mediâ nocte. 20, 20: *in pupillâ tenebrarum* i. e. in mediis tenebris, ubi Keri habet בָּאִשׁוֹן *in tenebris.*

אִישִׁי n. pr. viri, alibi יִשִׁי 1 Par. 2, 13.

אִיתוֹן m. *ingressus* Eze. 40, 15 in Keri, sed in Chetib אֶתִּין legitur. Rad. אָתָה.

אִיתַי n. pr. v. אֲתַי.

אִיתִיאֵל n. pr. viri Prov. 30, 1.

אִיתָמָר n. pr. viri Deut. 6, 23. 28, 1.

אֵיתָן et אָתָן m. suff. אֵיתָנוֹ pl. אֵיתָנִים; vox cujus vera significatio incerta est, sive etymologiam consulas, sive antiquas versiones. Ex usu tamen valet fortassè 1) *petra, rupes*, sic הָאֵיתָנִים מוֹסְדֵי אֶרֶץ *rupes, fundamenta terræ* Mich. 6, 2. it. נְוֵה אֵיתָן *habitaculum rupis* Jer. 50, 44. (cf. אֵיתָן מוֹשָׁבֶךָ 49, 16). et חַגְוֵי סֶלַע *rupes, habitatio tua*, ubi proximè sequitur בַּסֶּלַע קִנֶּךָ *in petrâ nidus tuus* Num. 24, 21. Sic. Prov. 13, 15, *via perfidorum saxetum* (est) i. e. dura perniciosa, Vulgat. *vorago.* — * Gen. 49, 24 וַתֵּשֶׁב בְּאֵיתָן קַשְׁתּוֹ sic verto: *sed stetit in petrâ arcus ejus*, i. e. Josephus arcum suum validè ad petram instruxit et disposuit in fratres; quam metaphoram commendant, tùm antecedentia, tùm sequentia; idcircò iis minimè assentior, quibus בְּאֵיתָן est *in robore, firmitate*, aut *firmus*; quasi בְּ esset Beth essentiæ.* — Hinc 2) *validus*, Job 33, 19, ubi sensus est: *et contentione*, i. e. concussione et quassatione *ossium maximâ* scil. הוּכָה *punitur.* גּוֹי אֵיתָן *populus fortis* Jer. 5, 15. Pl. אֵיתָנִים *potentes, fortes.* Vulgat. *optimates* Job 12, 19. — * נַחַל אֵיתָן Deut. 21, 4. Amos 5, 24, juxtà quosdam est *rivus perennis*, i. e. *perpetuò fluens*, et hoc

דִּמֶּשֶׂק *sericum, pannus sericus artificiosè textus (Damas)* Amos 3, 12. Judæis est *angulus*.

דָּן n. pr. 1) filii Jacobi; hinc nomen tribûs Dan, Gen. 30, 3. Num. 2, 25. Jos. 19, 40-48, etc. — 2) Gen. 14, 14 forsan fontis Jordanis, diversi ab oppido hujus fontis non remoto, et anteà לַיִשׁ nuncupato. Jos. 19, 47. Jud. 18, 29. Cæterum vide quæ dixi-

mus in : *Le Pentateuque avec une traduction française et des notes philologiques*, etc. T. 1. Genèse, *pag.* 71. Conf. etiam Clericum et Rosenmüller *in Gen.* XIV, 14. Quoad דָּנָה 2 Sam. 24, 6, idem locus est de quo Jos. 19, 47, cum ה locali.

דָּנָה n. pr. oppidi in tribu Judâ, Jos. 15, 49.

דִּנְהָבָה n. pr. oppidi Idumæorum Gen. 36, 32 : 1 Par. 1, 43.

דָּנִיֵּאל n. pr. prophetæ, Dan. 1, 6, quod et דָּנְאֵל Eze. 14, 14, 20. 28, 3.

דַּע m. (infin.) ; suff. דַּעִי ; pl. דֵּעִים ; *cognitio, scientia* Job. 32, 10. 36, 3. 37, 17. — Rad. יָדַע.

דָּעָה (inf. f. præcedentis) ; pl. דֵּעוֹת ; Jes. 28, 9. Ps. 73, 11. Job. 36, 4, seq. accus. Jes. 11, 9. — Rad. יָדַע.

דְּעוּאֵל n. pr. viri Num. 1, 14. 7, 42, quod 2, 14 רְעוּאֵל legitur.

דָּעַךְ ; fut. יִדְעַךְ ; *exstinctus est*, pr. de lucernâ Prov. 13, 9 : *lucerna impiorum exstinguitur*, i. e. fortuna eorum periit. Job 18, 5, etc. Metaph. de hostibus cæsis Jes. 43, 17.

Niph. נִדְעַךְ *exstinctus est, exaruit* de aquis Job 6, 17.

Puh. דֹּעַךְ *exstinctus est* hostis Ps. 118, 12.

דַּעַת (infin. f.) ; suff. דַּעְתּוֹ ; 1) *cognitio, scientia*, passim seq. accus. Jer. 22, 16. Hos. 4, 1. 6, 6. Cum artic. הַדַּעַת *cognitio* κατ' ἐξοχήν, seu *cognitio Dei* Hos. 4, 6, etiam sine artic. Jes. 5, 13. בִּבְלִי דַעַת *per ignorantiam, imprudenter* Deut. 4, 42. 19, 4. Jos. 20, 5. — 2) *intelligentia, intellectus, sapientia* Prov. 1, 4. 2, 6, etc. בִּבְלִי דַעַת *insipienter, temerè* Job 35, 16. 36, 12, etc. יָדַע דַּעַת *sapientiâ polluit* Prov. 17, 27. — Rad. יָדַע.

דֶּפִי m. in pausâ דֹּפִי ; vel propr. *impulsio*, LXX et Vulgat. *offendiculum* ; dein *ruina, pernicies* Ps. 50, 20 ; vel ut Hebræis omnibus est, *infamia*, conjecturâ ex altero membro deductâ. — Rad. דָּפָה vicin. נָדַף, חָדַף *trusit, dispulit*, nisi idem ferè sit דָּפָה atque דָּבַב = דָּבָה undè דִּבָּה *obtrectatio, infamia.*

דָּפַק ; part. act. דֹּפֵק ; 1) *trusit, propulit acrius* gregem Gen. 33, 13. — 2) *pulsavit* januam Cant. 5, 2.

Hithp. part. pl. m. מִתְדַּפְּקִים *certatim pulsantes* januam Jud. 19, 22.

דִּפְקָה n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. 33, 12.

דַּק m. in pausâ דָּק ; f. דַּקָּה, pl. דַּקּוֹת ; 1) *minutus, comminutus, tenuis* de pulvere Lev. 16, 12. Jes. 29, 5, hinc substant. *minutum, pulvisculus.* Ex. 16, 14. Jes. 40, 15. — 2) *gracilis, macer* Gen. 41, 3 seq. *emaciatus* (*étique*) Lev. 21, 20, *exilis, debilis* de voce 1 Reg. 19, 12. — Rad. דָּקַק.

דַּק m. pr. *tenuitas*, deindè *pannus, tenuis*, Jes. 40, 20. — Rad. דָּקַק.

דִּקְלָה n. pr. tribûs Joctaniticæ Gen. 10, 27.

דָּקַק ; præter. דַּק, in pausâ דָּק ; fut. יָדֹק, cum suff. יְדַקְּנוּ ; 1) *contudit, comminuit* frumentum Jes. 28, 28, poët. montes Jes. 41, 15. — 2) intrans. *comminutus, tenuis fuit* Ex. 32, 20. Deut. 9, 21.

Hiph. הֲדֵק ; infin. הָדֵק et הַדֵּק ; fut. cum suff. אֲדִקֵּם pro אֲדַקֵּם quasi à דּוּק esset ; fut. conv. וַיָּדֶק ; *comminuit* Ex. 30, 36 : 2 Reg. 23, 6, 15 : 2

Par. 15, 16. 34, 4, 7. Metaph. 2 Sam. 22, 43. Mich. 4, 13.

Hoph. fut. יוּדַק *comminuetur* Jes. 28, 28. — Deriv. דק, דַּק.

דָּקַר; imp. דְּקָר, cum suff. דְּקָרֵנִי; fut. יִדְקֹר; *transfodit, transfixit* Num. 25, 8. Jud. 9, 54: Zach. 12, 10, etc.

Niph. fut. יִדָּקֵר *transfodietur* Jes. 13, 15.

Puh. part. pl. m. מְדֻקָּרִים *transfixi* Jer. 37, 10. 51, 4, metaph. *consumpti* ciborum inopiâ Thren. 4, 9. — Deriv. מַדְקֵרוֹת.

דָּקָר n. pr. viri 1 Reg. 4, 9.

דַּר m. Esth. 1, 6. *parius lapis*, juxta Vulgat; al. est *margarita*, cùm pavimenta margaritis distincta ab Asianorum luxuriâ non sint alinea, ut pluribus exemplis ostendit Bochart (Hieroz). Sed probabilius *lapis* est quidam *similis margaritæ*. — Rad. דָּרַר.

דְּרָאוֹן m. constr. דִּרְאוֹן; *aversatio, abominatio* Dan. 12, 2. — Rad. דרא arab. *à se repulit* imprim. malum.

דֵּרָאוֹן m. *quod abominationi est* Jes. 66, 24. — Rad. דרא.

דִּרְבוֹנָה (lege *dorbóná*) f. undè pl. דִּרְבוֹנוֹת *aculei, stimuli* Eccl. 12, 11. — Rad. דרב arab. (cum *Dzal*) *acutus fuit.*

דִּרְבָן (*dorbán*) m. *stimulus* boum 1 Sam. 13, 21. — Rad. דרב.

דַּרְדַּע n. pr. viri 1 Reg. 4, 31 (5, 11), in loc. parall. 1 Par. 2, 6 legitur דָּרַע.

דַּרְדָּר m. *carduus, tribulus* Gen. 3, 18. Hos. 10, 8. — Rad. דרר.

דָּרוֹם *auster, australis plaga* Eze. 40, 24. Eccl. 1, 6, etc. Poet. *ventus australis* Job 37, 17. — Rad. prorsus incerta.

דְּרוֹר m. 1) *hirundo*, Ps. 84, 4. Prov. 26, 2, ut vulgò apud judæos interpretes, secundum Version. veteres *turtur*, quod minus quadrat, cùm in altero hemistichio sit צִפּוֹר *passer*, et *turtur* hebr. sonet תֹּר. — 2) forsan *fluxus liber, largus*, undè Ex. 30, 23: מָר־דְּרוֹר *myrrha fluxûs spontanei*, i. e. quæ *liberè* et *sine incisione* ex arbore stillat, seu præstantissima. — 3) *libertas* Lev. 25, 10. Jes. 61, 1. Jer. 34, 8, 15, 17. שְׁנַת־הַדְּרוֹר *annus manumissionis* servorum, i. e. jubilæus Eze. 46, 17. — Rad. דרר

דָּרְיָוֶשׁ *Darius* n. pr. nonnullorum Mediæ et Persiæ regum. Dan. 6, 1. Esr. 4, 5. Neh. 12, 22, etc.

דָּרְיָוֶשׁ Esr. 10, 6, vid. דָּרְיָשׁ.

דָּרַךְ; part. act. דֹּרֵךְ, pass. דָּרוּךְ undè f. דְּרוּכָה, pl. דְּרֻכוֹת; fut. יִדְרֹךְ; 1) *calcavit* pedibus torcular, cupam Job 24, 11. Jes. 63, 2. Thren. 1, 15, olivas, uvas, fruges uvas, Mich. 6, 15. Jud. 9, 25. Jer. 51, 33, ad vinum, oleum et grana exprimenda. Metaph. *calcavit* hostes tanquam uvas Jes. 63, 3 et Jud. 5, 21: *tunc conculcabas, ó anima mea, robur*, i. e. hostes meos. דָּרַךְ קֶשֶׁת *arcum calcavit*, i. e. tetendit, pede nervo imposito, quod fit si arcus prægrandis est et validus (Arrian. Indic. XVI. Diod. Sic, III. 8) Jes. 5, 28. Jer. 46, 9. Ps. 7, 13: 1 Par. 5, 18, etc., hinc ellipticè *calcavit sagittas* Ps. 58, 8. 64, 4, pro *calcavit arcum et aptavit sagittas*. — 2) *calcavit* viam locumve eundo, ingrediendo (German. *betreten*), hinc *pedibus attigit* locum, *ingressus est* seq.

accus. Job 22, 15, בְּ Deut. 11, 24. Jos. 1, 3. Jes. 59, 8. Mich. 5, 4, etc., עַל 1 Sam. 5, 5, it. *gressus est, incessit* Amos 4, 13. Ps. 91, 13. Job 9, 8; seq. מִן *progressus est, processit,* poet. Num. 24, 17.

Hiph. הִדְרִיךְ; part. מַדְרִיךְ; fut. יַדְרִיךְ, apocop. יַדְרֵךְ; *ingredi jussit, effecit, deduxit* Jes. 11, 15. 42, 16. Ps. 107, 7. Prov. 4, 11, etc.—2) *calcavit* aream, i. e. fruges in areâ Jer. 51, 33, arcum, sed metaph. Jer. 9, 2, it. *ingressus est* viam Job 28, 8. — 3) *assecutus est* aliquem, seq. accus. Jud. 20, 43.—Deriv. מִדְרָךְ et

דֶּרֶךְ c. suff. דַּרְכִּי; dual. דַּרְכַּיִם; à formâ דָּרָךְ; pl. דְּרָכִים, constr. דַּרְכֵי, suff. דַּרְכָּיו; 1) pr. *quod calcatur* pedibus, spec. *via, semita,* sexcenties, et præsertim Ps. 1, 6. 2, 12 (de quibus loc. vid. quæ diximus in אָבַד). Seq. genitivo loci est *via* quæ ad aliquem locum ducit, ut דֶּרֶךְ עֵץ *via ad arborem* Gen. 3, 24, etc. Interdum in partic. abit *versus, ad* Eze. 8, 5. 21, 2, etc. Frequentissimè metaph. a) pro *more, modo, ratione agendi* Gen. 19, 31: 1 Sam. 18, 14. Prov. 12, 15, etc. עִקֵּשׁ דְּרָכַיִם *perversus duplicis viæ,* i. e. qui cum hominibus vivit alius ore, alius pectore. Cùm de Deo usurpatur in plur. *opera* ejus signat, ut Job 26, 14. 40, 19 (14).—b) pro *religione, cultu* (Cf. ὁδὸς Act. 19, 9, 23) Amos 8, 14. Jer. 18, 15. Ps. 139, 24. —c) pasivè pro *sorte* quam quis experitur, Jes. 10, 24. Amos 2, 7. Ps. 37, 5. Job 5, 23; indè דֶּרֶךְ נָשִׁים *sors mulierum,* i. e. menstrua Gen. 31, 35. — 2) pr. *ingrediendi, eundi actio, itio,* hinc *iter* quod quis facit, *profectio* Gen. 28, 20. Prov. 7, 19, etc. hinc *iter diei, trium dierum,* i. e. iter, quod uno, tribus diebus confici potest Num. 11, 31. Gen. 30, 36, etc.

דַּרְכְּמוֹן m. pl. דַּרְכְּמוֹנִים Esr. 2, 69. Neh. 7. 70-72, ut אַדַּרְכּוֹן quod vid.

דַּרְמֶשֶׂק 1 Par. 18, 5, 6 ut דַּמֶּשֶׂק quod vid.

דַּרְקוֹן n. pr. viri Esr. 2, 56.

דָּרַשׁ; part. act. דֹּרֵשׁ, pass. f. דְּרוּשָׁה; pl. m. דְּרוּשִׁים; inf. abs. דָּרוֹשׁ, constr. דְּרֹשׁ, cum suff. דָּרְשׁוֹ; impér. דְּרֹשׁ, cum Makkeph דִּרְשׁ־; fut. יִדְרֹשׁ, cum ה parag. יִדְרְשָׁה; 1) pr. ut in syr. et ut arab. דרשׁ *trivit, calcavit* locum pedibus, german. *betreten,* indè *adiit* locum, *frequentavit* Jes. 62, 12, cum accus. Amos 5, 5: 2 Chron. 1, 5. cum אֶל Deut. 5, 2. Hinc *adiit* aliquem precibus, maximè Deum, cum acc. Ps. 34, 5, etc., cum לְ 2 Chron. 15, 13, etc. אֶל Job 5, 8. — 2) *quæsivit,* seq. acc. rei Lev. 10, 16, אָחַר *perquisivit* Job 39, 8.— 3) *quæsivit ex aliquo, percontatus est* Deut. 13, 15. Jud. 6, 29, etc., cum acc. pers. et rei 2 Chron. 32, 31, seq. לְ 2 Sam. 11, 3, עַל Eccl. 1, 13: 2 Chron. 31, 9. Spec. *consuluit aliquem, oraculum petiit ab eo,* cum אֶל, לְ, בְּ pers. 1 Sam. 28, 7. Eze. 14, 7. Jes. 8, 19, etc. Prophetam per quem Dei oraculum petitur, præcedit מֵעִם 1 Reg. 14, 5, מֵאֵת 2 Reg. 3, 11. 8, 8, בְּ Eze. 14, 7. — 4) *postulavit, poposcit,* seq. acc. rei et מֵעִם, מִן pers. Deut. 22, 2. 23, 22. Mich. 6, 8, hinc absol. *poposcit* victum, *mendicavit* Ps. 109, 10. It. *repetiit, repoposcit* Eze. 34, 10, undè

vindicavit, ultus est absol. Deut. 18, 19. Ps. 10, 4, spec. seq. דָּם מֵעִם מִיַּד: *sanguinem repetiit, ultus est cædem* Gen. 9, 5. Eze. 33, 6. Ps. 9, 13. — 5) *sectatus est* rem, *studuit, operam dedit* rei Deut. 23, 7. Jes. 1, 17. Ps. 119, 45, etc. Hinc *curavit, curam gessit* Deut. 11, 12. Eze. 34, 5. Job 3, 4. Ps. 14, 2, 5. *Deum curavit*, i. e. *veneratus est, coluit eum* Jes. 58, 2. Hos. 10, 12. Ps. 14, 2. — Alii sunt ejusdem locutionis significatus quos videre est no. 1, 3.

Niph. נִדְרַשׁ; fut. absol. אִדָּרֵשׁ pro הִדָּרֵשׁ; fut. יִדָּרֵשׁ; 1) *adire se passus est, aditum præbuit* alicui seq. לְ, indè *exaudivit* Jes. 65, 1. Eze. 14, 3, etc. — 2) *quæsitus* est 1 Par. 26, 31. — 3) *repetitus est* Gen. 42, 22.

Pih. inf. דָּרוּשׁ *quærere* Esr. 10, 16 pro דְּרוֹשׁ, modò genuina sit lectio, cf. דָּלַל in דָּלִיל. — Deriv. מִדְרָשׁ.

דָּשָׁא *germinavit* Joël 2, 22.

Niph. fut. f. apocp. תִּדְשָׁא *germen producat* Gen. 1, 11. — Indè.

דֶּשֶׁא m. *herba tenella, gramen* Deut. 32, 2. Jes. 66, 14. Job 6, 5, etc. Opponitur עֵשֶׂב *herbæ adultiori, semen concipienti* Gen. 1, 11, 12.

דָּשֵׁן *pinguis fuit* vel *factus est* Deut. 31, 20.

Pih. דִּשֵּׁן; infin. cum suff. דַּשְּׁנוֹ; fut. יְדַשֵּׁן, cum Makkeph יְדַשֵּׁן־, et ה parag. יְדַשְּׁנָה; 1) *pinguem, medullosum reddidit* Prov. 15, 30, hinc *unxit* Ps. 23, 5. — 2) *pinguem declaravit* de holocausto, i. e. acceptum habuit Ps. 20, 4, ubi al. *in cineres redegit*, igne cœlitùs demisso, cf. 1 Reg. 18, 24, 36. — 3) *à cineribus purgavit* (denom. à דֶּשֶׁן) Ex. 27, 3. Num. 4, 13.

Puh. דֻּשַּׁן, undè fut. in pausâ יְדֻשָּׁן; *pinguis*, sed translatè *bonis satiatus est*, Jes. 34, 7. Prov. 11, 28, etc.

Hothpah. f. הִתְדַּשְּׁנָה pro הִתְדַּשְּׁנָה *impinguata est* Jes. 34, 6. — Deriv. seq.

דֶּשֶׁן m. pl. דְּשָׁנִים, constr. דִּשְׁנֵי; 1) *pinguis* Jes. 30, 23, *succosus* Ps. 92, 15. — 2) *dives, opulentus* Ps. 22, 30.

דֶּשֶׁן m. suff. דִּשְׁנִי; 1) *pinguedo* Jud. 9, 9. Metonym. *cibus pinguis et lautus* Jes. 55, 2. Jer. 31, 14. Job 36, 16. it. *fertilitas, ubertas* Ps. 65, 12. — 2) *cinis*, isque pinguis, qualis ex hostiis combustis oritur Lev. 1, 16 : 1 Reg. 13, 3. Jer. 31, 40. Veteres ad arva et prata fructificanda cinere pro fimo usos esse, docet Plinius, l. XVII, c. 9.

דָּת f. constr. דַּת, suff. דָּתוֹ; pl. דָּתִים, constr. דָּתֵי; *lex* Esth. 1, 13, 15, 19. 2, 12, *edictum* Esth. 3, 14. 8, 13. 9, 14. Sed Deut 33, 2 : אֵשׁ דָּת *ignis legis*, i. e. *lex ignea*, inter media fulgura promulgata, sic Chald. Syr. Arab. al. *ignis legis instar dirigens*, de columnâ igneâ quæ Israelitas per desertum dirigebat, sed præstat prior sensus. — Etymon latet.

דָּתָן n. pr. oppidi ad Samariæ septentrionem Gen. 37, 17, quod et דֹּתָן 2 Reg. 6, 13.

דָּתָן n. pr. viri Num. 16, 1. Deut. 11, 6. Ps. 106, 17.

ה

ה Quinta alphabeti littera hebraïcè הֵא *hé* sonans; in numeralibus valet

quinque.—Permutatur cum א, rariùs cum ח ; sæpiùs etiam emollita est in ך aut in י quiescens.—Ad vocum conformationem quod attinet, vel præponitur ab initio ad fingendas conjugationes Hiph. Hoph. Hithpah., et ad efformanda nomina ex his conjugat. orta, vel à fine additur tanquàm afformativum fœminini generis, tàm in nominibus quàm in verbis et tunc alterum ה, quandò adest immediatè præcedens mutat in ת, aut tanquàm *paragogicum*, et special. *locale*, cùm nempè locorum nominibus junctum, motum significat, ut אַרְצָה *in terram*. Alii sunt hujus litteræ usus quos videre est in iis quæ mox sequuntur.

הַ, הָ, הֶ, הִ pro הַל ; 1) artic. semper definitus ut *the* Anglorum, gr. ὁ, ἡ, τὸ, gall. *le, la, les*. Præmittitur a) nominibus, quæ materias et rerum genera designant, omnibus nota ut *aurum, argentum, vinum*, etc. Sicque frequentissimè usurpatur post כְּ comparandi particulam, quippè comparatio nonnisi cum rebus sat notis institui potest.—b) nominib. abstractis, ut gr. τὸ πολιτικόν, τὸ ἱππικόν, spec. nominib. virtutum, vitiorum (quamquám in his sæpiùs omittitur) et maximè malorum et calamitatum.—c) nominib. collectivis et universitatem earumdem rerum aut personarum (*une classe entière d'objets*) signantibus. Huc revocamus Gen. 14, 13 : הַפָּלִיט *fugitivi ad unum omnes*. Cf. quæ diximus in : *Le Pentateuque avec une traduction française et des notes, etc. T. I.* Genèse. *pag.* 70.—d) nominib. vocandi Deut. 32, 1. Joël 1, 2. Ps. 114, 8, etc.—2) pron. demonstr. *hic, hæc, hoc*, in formulis הַיּוֹם *hoc die, hodiè*, הַלַּיְלָה *hâc nocte*, הַפַּעַם *hâc vice*, it. sed rarò *is, ea, id*, et sic relativo אֲשֶׁר præfigitur 2 Reg. 12, 22. — 3) pron. relat. *qui, quæ, quod*, adeòque verbis, rariùs particulis præponitur Jos. 10, 24. Esr. 8, 25. Dan. 8, 1 : 1 Sam. 9, 24 etc.

הַ, הָ, הֶ et quandòque הֲ ; 1) simplex partic. interrogativa dubitantis aut ignorantis *an, ne* Gen. 27, 21, interrogat. vim negativam habens *num?* Gen. 4, 9 : הֲשֹׁמֵר *num custos?* i. e. non custos : 2 Sam. 7, 5. Job 14, 14, etc. Sic etiam Gen. 30, 2, ubi malè vertit Gesenius *nonne*, it interrog. includens affirmationem *nonne* (pro הֲלֹא) 1 Sam. 2 ; 27. Jer. 31, 20 etc. In quæstionib. disjunctivis præcedit אִם et וְאִם (vid. supra p. 45) : הַ—אִם *utrùm? an?* rariùs אוֹ—הַ Job 16, 3. Eccl. 2, 19. — 2) partic. interrogationis indirectæ : *num, an*, gall. *si*, germ. *ob*, angl. *if*, post verba explorandi Ex. 36, 4. videndi Gen. 8, 8, experiendi Deut. 8, 2, etc. ; in propositione disjunctivâ אִם—הַ Gen. 18, 21, vel הַ—הַ Num. 13, 18.— Præfigitur aliis part. הֲלֹא, הֲכִי, הַאִם ; vid. לֹא, כִּי, אִם.

הֵא *en, ecce*, Gen. 47, 23. Eze. 16, 43.

הֵאָח *eia! euge!* vox lætantis Jes. 44, 16. Eze. 25, 3. Ps. 35, 21, etc.

הַב imper. verbi יָהַב q. v.

הַבְהָבִים m. pl. (pro יְהַבְהָבִים), undè cum suff. הַבְהָבַי *dona mea* Hos. 8, 13. — Rad. יָהַב.

הָבַל ; fut. in pausâ יְהִבַל ; pr. 1) *spiravit, exhalavit*, indè 2) *vanè egit, vanè locutus est* 2 Reg. 17, 15. Jer. 2,

5. Job 27, 12, it. *vanæ fuit spei* Ps. 62, 11.

Hiph. part. m. pl. מַהְבִּלִים *vanos facientes, ad vana seducentes* Jer. 23, 16. — Deriv. seq.

הֶבֶל m. suff. הַבְלִי; plur. הֲבָלִים, constr. הַבְלֵי; 1) *halitus, spiritus,* benè Vulgat. *aura* Jes. 57, 13, hinc *quidquid caducum, fluxum, leve* Job 7, 16. Prov. 13, 11. Ps. 39, 6. Eccl. 1, 2, etc. it. *vanitas, res vana* Jer. 10, 3. Thren. 4, 17, Spec. de idolis 2 Reg. 17, 15. Jon. 2, 9. Ps. 31, 7, et adv. *vanè, inaniter, frustra* Jes. 30, 7. Ps. 39, 7. Job 9, 29, etc.—2) *exhalatio, vapor, nebula, caligo* Eccl. 6, 4. 8, 14. 11, 8. — 3) n. pr. *Abel* Gen. 4, 2 seq.

הֶבֶל m. *vanitas* Eccl. 1, 2. 12, 2.

הָבְנִי m. undè pl. הָבְנִים in Keri, in Chethib est הוֹבְנִים; *ebena ligna* Eze. 27, 15. — Rad. הבן i. q. אבן juxta Gesenium, undè הָבְנִי idem valet atque אָבְנִי, ab אֶבֶן, אֵבֶן *lapis*, et pr. significat *ligna lapidea* germ. *Steinholz*, à duritie dicta; etymon quidem minimè spernendum.

הָבַר; forsan ut in arab. *secuit, dissecuit*, undè part. act. m. pl. constr. הֹבְרֵי שָׁמַיִם *qui cœlum dissecant in partes* ad auguria captanda, *augures cœli*, ut optimè Vulgat. *astrologi*. Jes. 47, 13 in Keri, sed Chethib habet הָבְרוּ *secuerunt*.

הָגָה; inf. abs. הָגֹה et הָגוֹ; fut. יֶהְגֶּה; 1) *fremuit, mussitavit* leo nactus prædam Jes. 31, 4, *gemuit* columba, homo Jes. 16, 7. 38, 14. Jer. 48, 31. — 2) poët. *locutus est* absol. Ps. 115, 7, cum acc. rei Jes. 59, 3. Job 27, 4. Ps. 37, 30. Prov. 8, 7; hinc *cecinit, celebravit* Ps. 35, 28. 71, 24. — 3) *meditatus est, meditationi vacavit*, religioso sensu cum בְּ Jos. 1, 8. Ps. 1, 2, etc. Prov. 15, 28; hinc *recordatus est* seq. acc. Jes. 33, 18, malo sensu *machinatus, molitus est* vana, injuriam Jes. 59, 13. Ps. 2, 1. Prov. 24, 2. — 4) ut יָגָה *amovit, separavit* Jes. 27, 8, et Prov. 25, 4 ubi infin. abs. הָגוֹ est pro imper. *aufer*, ut optimè Vulgat.

Poh. inf. הֹגוֹ *loquendo* Jes. 59, 13.

Hiph. part. m. pl. מַהְגִּים *mussitantes* Jes. 8, 19. — Deriv. seq.

הֶגֶה m. 1) *fragor* tonitru Job 37, 2. — 2) *gemitus, suspirium* Eze. 2, 10. — 3) *cogitatio*, al. *halitus* Ps. 90, 9.

הֲגוּת f. *meditatio* Ps. 49, 4.

הֲגִיג m. undè cum suff. הֲגִיגִי; 1) *æstus, fervor animi* Ps. 39, 4. — 2) *gemitus, suspirium* Ps. 5, 2. — Rad. הגג in arab. IV conjug. *accendit*, et collat. hebr. הָגָה.

הֲגִיגוֹן m. constr. הֲגִיגֹן; suff. הֲגִיגִי; 1) *meditatio, cogitatio* Ps. 19, 15. Thren. 3, 62. — 2) *strepitus, sonitus* citharæ. Sic LXX, Ps. 92, 4. Sed Ps. 9, 17 signum musicum est forsan הֲגִיגוֹן סֶלָה, LXX ᾠδὴ διαψάλματος, neque aliter Symmach. Aquila, Vulgat. — Rad. הָגָה.

הָגִין m. undè f. הֲגִינָה *commoda, apta* Eze. 42, 12. Convenit talmud. מְהֻגָּן, הָגוּן *rectum, aptum, idoneum*. — Rad. הגן.

הָגָר n. pr. mulieris Gen. 16, 1. 25, 12.

הַגְרִים et הַגְרָאִים n. pr. populi arabici ad Orientem Gilead juxta si-

num Persicum 1 Par. 5, 10, etc. Ps. 83, 7.

הֵד m. ut חֵידֶד, *celeusma, clamor lætus, jubilatio* Eze. 7, 7. — Rad. הדד.

הֲדַד n. pr. regis Idumæorum Gen. 36, 35 : 1 Par. 1, 46. בֶּן־הֲדַד vid. in בֶּן pag. 100.

הֲדַדְעֶזֶר n. pr. regis Syriæ-Sobæ 2 Sam. 8, 3 seq. Alibi in plurib. codic. הֲדַרְעֶזֶר 2 Sam. 10, 16, 19 : 1 Par. 19, 16, 19.

הַדַּדְרִמּוֹן n. pr. oppid. propè Megiddo Zach. 12, 11.

הָדַד *immisit, direxit* manum ad aliquid Jes. 11, 8.

הֹדּוּ (pro הִנְדּוּ) *India* Esth. 1, 1. 8, 9.

הֲדוֹרָם n. pr. tribûs Joctaniticæ Gen. 10, 27.

הֲדִי n. pr. viri 2 Sam. 23, 30, sed in loco parall. חוּרַי 1 Par. 11, 32.

דָּדַךְ undè imper. הְדָךְ *contere, everte, destrue* Job 40, 12. Vicin. sunt רָכַךְ, דָּכָה, דָּכָא.

הֲדֹם m. *scabellum* pedum, semper metaph. Ps. 110, 1. *Scabellum Dei* i. e. vel orbis terrarum Jes. 66, 1, vel arca fœderis Ps. 99, 5. 132, 7. Thren. 2, 1 : 1 Par. 28, 2. — Rad. הדם arab. *humi prostravit, solo æquavit.*

הֲדַס m. pl. הֲדַסִּים; *myrtus* Jes. 41, 19. Zach. 1, 8. Neh. 8, 15, etc. — Rad. הדס.

הֲדַסָּה n. pr. mulieris Esth. 2, 7.

הָדַף; inf. const. הֲדֹף; fut. יֶהְדֹּף, cum suff. יְהַדְּפֶנּוּ; (1) *trusit, detrusit* (Vicin. נָדַף) Num. 35, 20. Eze. 34, 21. Job 18, 18, hinc *prostravit* Jer. 46, 15. — 2) *repulit, removit* 2 Reg. 4, 27. Prov. 10, 3. — 3) *expulit* Deut. 6, 19. 9, 4. Jos. 23, 5.

הָדַר; part. pass. m. הָדוּר, pl. הֲדוּרִים; fut. יֶהְדַּר; cognat. אָדַר; 1) *amplus fuit*, it. *tumidus fuit*, et transitiv. *tumefecit.* Jes. 42, 5 : *tumida loca*, i. e. edita. Sic Ovid. *tumidos montes* dixit. Amor. 2, 16, 51. — 2) *ornavit, decoravit* Jes. 63, 1, seq. פְּנֵי פ *vultum alicujus honorare*, i. e. favere alicui, partibus ejus temerè studere in judicio Lev. 19, 15, et omisso פְּנֵי Ex. 23, 3; sed Lev. 19, 32 est simpliciter *honorare, honorificè habere aliquem.*

Niph. נֶהְדָּר undè plur. in pausâ נֶהְדָּרוּ *honorati sunt* Thren. 5, 12.

Hithpah. fut. תִּתְהַדַּר *gloriaberis, superbum te geres* Prov. 25, 6. — Deriv. seq.

הֲדָר m. constr. הַדַּר; suff. הֲדָרִי; pl. הֲדָרִים undè constr. הַדְרֵי; 1) *ornatus, decus* Lev. 23, 40. Eze. 16, 14. Ps. 110, 3. Prov. 20, 29. — 2) *majestas* Dei Deut. 33, 17. Ps. 29, 4. — 3) *honor* Ps. 149, 9.

הָדָר m. *decus* Dan. 11, 20.

הַדָּרָה f. undè constr. הַדַּרַת *ornatus* Ps. 29, 2. Prov. 14, 28 : 1 Par. 16, 29, etc.

הַדַּרְעֶזֶר; vid. הֲדַדְעֶזֶר.

הֶהָ *ah!* interjectio dolentis ut אֲהָהּ Eze. 30, 2.

הוֹ id. ut הוֹי Amos 5, 16.

הוּא pronom. 3. pers. sing. masc. *is, hic, ille*, et neutr. *id, illud.* In Pentateucho, הוּא etiam sexum femin. complectitur et ponitur pro הִיא, quod, notante Massorâ ad Gen. 38, 23, nonnisi undecies in toto Pentat. legitur. Punctatores hoc Pentat. idio-

ma minùs forsan agnoscentes, ubicunquè הוּא ad femin. refertur, vitium latere opinati, scribebant הִוא, propriè הִיא legendum esse significaturi. Cæterum præter Pentat. הוּא pro femin. usurpatur 1 Reg. 17, 15. Jes. 30, 33. Job 31, 11, à punctatoribus itidem אוּא scriptum. — Sæpè est a) *ipse*, αὐτός Gen. 19, 30. 24, 54. Ruth. 1, 1, etc. Passim hoc sensu quidem adhibetur, sed additâ emphasi quâdam præsertim ubi nomini postponitur Jes. 7, 14. Gen. 20, 5. 44, 17. Deut. 32, 39. Eze. 12, 12, etc. Cum articulo ה subjicitur nominibus, quæ et ipsa artic. præfixum habent: הָאִישׁ הַהוּא *hic locus*, הָאִישׁ הַהוּא *vir ille*, הַיּוֹם הַהוּא *hic dies*. Contemptim præmittitur 2 Par. 28, 22: הוּא הַמֶּלֶךְ אָחָז *rex iste Achaz*. Denique Job 13, 28 δεικτικῶς pro *ego* usurpari volunt. — b) Sæpè includit verbum substant. *is est, hic fuit, erit* Gen. 2, 11. 15, 2: 2 Sam. 7, 28: 1 Par. 21, 17, etc. Indè frequenter *id est, qui, quod, nunc est*, seu *vocatur*, formula explicandi Gen. 14, 7, 8. Deut. 4, 48. Esth. 2, 16. 3, 7. It. pro verbo ipso subst. usurpatur Gen. 3, 6. Ex. 16. Lev. 1, 13: 2 Sam. 7, 28, etc.

הוֹד (forsan pro נָהוֹד) m. suff. הוֹדִי; 1) *magnificentia, majestas, gloria* Jes. 30, 30. Dan. 11, 21. Ps. 21, 6. Job 40, 10, etc.—2) *splendor*, sive naturalis Dan. 10, 8. Hos. 14, 7, sive adventitius, *ornatus* Zach. 6, 13. 10, 3. —3) n. pr. viri 1 Chron. 7, 37. — Rad. נָהַד arab. *extulit se, protuberavit*, it נָהֹד *eminens, pulcher fuit*.

הוֹדִיָה et הוֹדַוְיָה, הוֹדַוְיָהוּ, הוֹדִוְיָה n. pr. viror. Esr. 2, 40. Neh. 8, 7: 1 Par. 3, 24. 5, 24, etc.

הָוָה; part. act. הֹוֶה; imper. הֱוֵה, הֱוִי et הָוֵא quod fem. est Jes. 16, 4; fut. apoc. יְהִוא pro יְהִי ex יְהֱוֶה; 1) pr. forsan *spiravit*, indè *vixit*, et in linguæ usu *fuit* ut הָיָה, Gen. 27. 29. Neh. 6, 6. Jes. 16, 3. Eccl. 2, 22. 11, 3. — 2) *adspiravit* ad aliquid, *cupivit, desideravit*, ut אָוָה. — 3) *præceps ruit* in aliquid, *delapsus est* Job 37, 6. — Deriv. seq.

הַוָּה f. constr. הַוַּת; suff. הַוָּתוֹ; pl. הַוּוֹת; 1) *cupiditas, cupido* Prov. 10, 3. Mich. 7, 3. — 2) *casus, infortunium, pernicies*, passivè Prov. 19, 13. Job 6, 2. Ps. 57, 2, etc. activè *pernicies* quam quis alii infert, *injuria, nequitia, scelus* Job 6, 30. Prov. 11, 6. Ps 5, 10, etc.

הַוָּה f. *casus adversus, calamitas* Jes. 47, 11. Eze. 7, 26.

הוֹהָם n. pr. viri Jos. 10, 3.

הוֹי interj. ut אוֹי vel dolentis *ah!* heu! 1 Reg. 13, 30. Jes. 17, 12, vel adhortantis *heus! he!* Jes. 18. 1. 55, 1. Zach. 2, 10, vel comminantis *væ!* Jes. 1, 4. Jer. 48, 1. Eze. 13, 3, etc.

הוֹלֵלָה f. undè pl. הוֹלֻלוֹת *stultitiæ. insaniæ* Eccl. 1, 7. 2, 12. — Rad. הָלַל.

הוֹלֻלוֹת f. *stultitia* Eccl. 10, 13.

הוֹלָם Jes. 41, 7, vid. הָלַם.

הוּם; præter. הָם; pr. *fremere, strepere* de commotis fluctibus, undis, ut ferè cognat. הָמַן, הָמַם, הָמָה; hinc *commovere, perturbare*. Deut. 7, 23: *perturbatione magnâ* הָמָם *perturbabit eos*.

Niph. fut. conv. f. וַתֵּהֹם *contur-*

bata, concitata fuit 1 Sam. 4, 5 : 1 Reg. 1, 45. Ruth. 1, 19.

Hiph. fut. cum ה parag. אָהֳמָה *strepitum faciam, æstuabo* animo inquieto (cf. germ. *toben in Innern*) Ps. 55, 3. pl. f. תְּהֵימֶנָה pro תְּהֵימֶינָה, *strepitum edent*, de multitudine Mich. 2, 12, ubi quidam codices habent תְּהֵימֶנָּה. — Deriv. תְּהוֹם, מְהוּמָה.

הוֹמָם n. pr. viri 1 Par. 1, 39, quod הֵימָם Gen. 36, 22.

הוֹן in Kal inus. Hiph. הֲהִין, undè fut. plur. cum ו conv. Deut. 1, 41 : וַתָּהִינוּ לַעֲלוֹת, al. et *parati estis, voluistis ascendere;* cui notioni magis favere videntur vet. vers.; al. *rem levem judiscatis ascendere, parvi putavistis ascendere;* al. *contempsistis* (mandatum Dei) *et ascendistis,* collato arab. هون quod utrumque significat. Non parùm congrua contextui utraque interpretatio, sed cùm, etymologiâ ductus, אָוֶן *inane, vanum*, et אַיִן *nihilum, vacuitas* confero, magis mihi arridet *parvi pendendi, pro nihilo ducendi* significatus. — Deriv. הִין et

הוֹן m. pl. הוֹנִים undè cum suff. f. חוֹנֵיךְ; *divitiæ, opes* Prov. 1, 13. 6, 31. Cant. 8, 7. Eze. 27, 33, it. adv. *satis* Prov. 30, 15, 16.

הוֹר et הַר m. pl. הוֹרֵי pro הוֹרִים, sed al. legunt in constr. חוֹרֵי; 1) vocab. priscum et minus usitat i. q. הַר *mons* Gen. 49, 26, ubi Vulgat. et Chald. *parentes mei,* quasi esset חוֹרַי partic. act. cum suff. verbi חָרָה. Sed prius efflagitant tum loci huic similes Deut. 33, 15. Habac. 3, 6, tum etiam membrorum parallelismus. — 2) n. pr. a) montis ab Austro Palestinæ, ad ipsos Idumeæ fines, in quo sepultus est Aaron, Num. 20, 22. 33, 32. — b) alterius montis ad Libanum versus septentrionem Nnm. 34, 7, 8.

הוֹשָׁמַע n. pr. viri 1 Par. 3, 18.

הוֹשַׁע n. pr. viror. Num. 13, 8 : 2 Reg. 15, 30. Hos. 1, 1, 2.

הוֹשַׁעְיָה n. pr. viror. Jes. 42, 1. Neh. 12, 32.

הָוֹת, vid. הָתַת

הָזָה vicin. חָזָה; part. pl. חֹזִים *somniantes, delirantes* Jes. 56, 10.

הִי (pr. נָהָה à נְהִי) *lamentatio* Eze. 2, 10, al. interj. *væ!*

הִיא pron. 3 pers. sing. femin. *ea, hæc, illa,* et neutr. *id, illud*, Interdùm in textu massorethico legitur הוּא, quandò nimirùm ad masculina refertur, et ideò judæi propriè הוּא efferendum judicabant. Gen. 14, 2. Jes. 10, 2, etc. — Sæpè est — a) *ipsa,* αὐτή Jos. 6, 17, etc. maximè ubi artic. ה præfixum habet, Mich. 3, 4, *eadem* 1 Reg. 19, 8. — c) pro verbo substant. usurpatur Lev. 11, 39. Cant. 6, 9, etc. Denique inter duo nomina positum valet *hoc est, qui, quod hodiè nuncupatur* Gen. 14, 2. 23, 19. Jos. 18, 14, etc.

הֵידוֹת f. pl. *celebrationes, cantica* Neh. 12, 8. Sic vulgò quasi à יָדָה; sed hujusmodi forma absque ullâ analogiâ est.

הֵידָד m. ut הֵד *læta acclamatio, jubilum* Jes. 16, 9, 10. Jer. 25, 30. 48, 33. — Rad. הדד.

הָיָה; part. f. הָיָה; inf. abs. הָיה, constr. הֱיוֹת, sed formâ chald. הֱיָה Eze. 21, 15, cum præf. לְהֱיוֹת, בְּהֱיוֹת; imper. הֱיֵה, f. הֲיִי, pl. m. הֱיוּ, cum ו præf. וְהֱיוּ; fut. יִהְיֶה, apoc. יְהִי; *fuit,*

extitit, factus est; ita sexenties. Hæ quidem notiones in multas abierunt alias, pro variis particulis, quibus construitur verbum, nec non pro variis adjunctis ; sed eas facilè suggerit orationis series. Notare sufficit — 1) הָיָה לְ significare a) seq. nomine *fuit alicui* res, i. e. res eum possessorem habuit Ex. 20, 3. Deut. 21, 15. Jes. 45, 15, etc. — b) *fuit alicui rei, pro aliquâ re* (*servir de*) Gen. 1, 14, 15. Ex. 4, 16, etc. vel *factus est aliquid* Gen. 2, 7. Jes. 1, 31, etc., It. *fuit in aliquam rem, præstitit se ut talem* 1 Sam. 4, 9. 18, 17. — c) seq. infinit. *in eo fuit ut* (*être sur le point de*) Gen. 15, 12. Jos. 2, 5. Jes. 6, 13 etc., indè *intentus fuit rei* 2 Chron. 26, 5. — 2) הָיָה עִם *fuit cum aliquo, à partibus alicujus stetit* 1 Reg. 1, 8, cf. εἶναι μετά τινος Matth. 12, 30, et ita הָיָה אַחֲרֵי 1 Reg. 12, 20; sed הָיָה עִם אִשָּׁה *rem habuit cum muliere* Gen. 39, 10 : 2 Sam. 13, 20. — Sæpè in libris historicis occurrit וַיְהִי כְ, וַיְהִי וְ *et factum est, accidit ut*, sic in Nov. Test. καὶ ἐγένετο ὅτι.

Niph. נִהְיָה ; part. m. נִהְיֶה, undè f. נִהְיָה; *factus est* 1 Reg. 1, 27. 12, 24, seq. ל *factus est aliquid* Deut. 27, 9. Prov. 13, 19 : *desiderium factum*, i. e. expletum. Zach. 8, 10 : *merces non facta*, i. e. non concessa. — 2) *accidit, evenit* Deut. 4, 32. Eze. 21, 12, etc. — 3) *absolutus, confectus est, defecit* Dan. 8, 27. Sic Dan. 2, 1 : *somnus ejus defecit super eum*, i. e. fugit ab eo. — Indè

הַיָּה f. undè cum suff. הַיָּתִי *calamitas, pernicies mea* Job 2, 6. 30, 13, in Chethib, sed Keri הַוָּתִי habet.

הֵיךְ ut אֵיךְ *quomodò?* 1 Chron. 13, 12. Dan. 10, 17.

הֵיכָל m. constr. הֵיכַל ; suff. הֵיכָלוֹ ; pl. הֵיכָלִים, undè constr. הֵיכְלֵי ; pl. f. הֵיכָלוֹת ; *ædificium sublime et magnificum, palatium* Jes. 39, 7. Dan. 1, 4. Prov. 30, 28. Spec. *templum* 2 Reg. 24, 13. Jer. 50, 26. Zach. 6, 14, *tabernaculum* ubi reponebatur arca 1 Sam. 1, 9. Ps. 5, 8, *pars templi* Hierosolymitani inter atrium et sanctum sanctorum 1 Reg. 6, 5, 17. 7, 50 ; poët. *cœlum* Ps. 11, 4. 18, 7. — Arab. quadrilit. הֵיכַל *magnus, altus fuit.*

הֵילֵל m. *lucifer*, stella matutina (ab הָלַל *splenduit*) Jes. 14, 12. Sic LXX, Vulgat. et vulgò, sed quibusd. post Syr. et Aquil. est *ejula, lamentare* imper. Hiph. verbi יָלַל, quod non minus aptum.

הִים vid. הוּם.

הֵימָן n. pr. viror. 1 Reg. 5, 11, Ps. 88, 1 : 1 Par. 6, 18, etc.

הִין m. mensura liquidorum continens 12 logos, sive 72 ova, 2 χόας Atticor. secundum Joseph. (Antiq. 3, 9) Ex. 30, 24. Lev. 19, 36. Num. 15, 4, etc. — Rad. הוּן *levem, exiguum esse* quidam opinantur.

הִכְבִּיר in Kal. inus. undè Hiph. fut. תַּהְכִּבְרוּ לִי *obtunditis me, stuporem incutitis mihi,* Job 19, 3. Ita permulti, LXX ἐπίκεισθε μοι, Vulgat. *opprimentes me.* Aliis est *alienos vos exhibetis erga me*, collat. vicin. נָכַר quod nobis perplacet.

הַכָּרָה f. (form. הַצָּלָה) constr. הַכָּרַת ; *agnitio.* Jes. 3, 9 : *agnitio vultûs eorum*, i. e. quod agnoscitur ex eorum vultu. — Rad. נָכַר.

הַל 1) forma primit. ex quâ articulus ה. — 2) partic. interrog. ut in Arab. Deut. 32, 6 ubi codic. quidam habent separatim הַל יְהוָה, quod ceteri junctim scribunt הליהוה.

הָלָא in Kal inus. undè Niph. part. f. נֶהֱלָאָה *procul remota, pulsa* Mich. 4, 7. Indè

הֶלְאָ m. *dissitum, remotum,* undè cum ה locali הֲלְאָה et in pausâ הָלְאָה *ultrà, ulterius, porrò,* et est loci, ut Gen. 19, 9 : 1 Sam. 10, 3, etc. מֵהָלְאָה לְ *ultra aliquem locum* Jer. 29, 19. Amos 5, 27. vel temporis Lev. 22, 26 : 1 Sam. 18, 9.

הָלוּלִים m. pl. *dies festivi* peractâ messe celebrati Lev. 19, 24. Jud. 9, 27. — Rad. הָלַל.

הֵלָּם vid. הַלָּם.

הָלָז c. *hic, hæc* Jud. 6, 20 : 1 Sam. 14, 1 : 2 Reg. 4, 25. Zach. 2, 8. Dan. 8, 16. Decurtatum videtur ex הַלָּזֶה m. *hic.* Gen. 24, 65. 37, 19. — Compos. ex זֶה et articulo הַל, duplicato ל per Daguesch, ut in cognato אֵלֶּה, אֵל.

הָלִיךְ vel הֲלִיךְ m. undè pl. cum suff. הֲלִיכַי gressus mei Job. 29, 6. — Rad. הָלַךְ.

הֲלִיכָה fem. plur. הֲלִיכוֹת, suffix. הֲלִיכוֹתֶיהָ et הֲלִיכוֹתָם Nah. 2, 6, ubi Keri הֲלִיכָתָם in sing. habet; 1) *incessus, progressus* Nah. 2, 6, hinc *pompa* Dei Ps. 68, 25. — 2) *via* Hab. 3, 6. Trop. *agendi ratio* Prov. 31, 27. — 3) *cœtus commeantium* (*caravane*) Job 6, 19. — Rad. הָלַךְ.

הָלְכוּ plur. cum א parag. הָלְכוּא; part. act. הוֹלֵךְ, f. הוֹלֶכֶת et הוֹלְכָה; inf. abs. הָלוֹךְ, constr. הָלוֹךְ; imper. חֲלוֹךְ Prov. 13, 20, ubi in Keri הוֹלֵךְ, pl. חֲלֹכוּ; fut יֵהָלֵךְ, אֵהָלֵךְ, sed תֵּהָלַךְ Ps. 73, 9; 1) *ivit, incessit, profectus est* Deut. 2, 14 : 1 Reg. 19, 4, etc. Ex his notionibus varii pro structuræ varietate oriuntur sensus quos, in locis obviis, deprehendere facilè est, et inter quos notare sufficit : a) seq. אַחֲרֵי, אַחַר *secutus est, studuit alicui, sectatus est aliquem;* hinc *post Deum,* sive *idola ivit* i. e. coluit. — b) seq. אֶל, לְ *adiit, accessit* aliquem, aliquid, item seq. אֵת Jud. 19. 18. — c) seq. לִפְנֵי *præcessit;* sed in formulâ *ivit antè Deum,* i. e. coluit Deum. — d) seq. אֵת et עִם *comitatus est aliquem,* adeòque *eo familiariter usus est.* — 2) Trop. *vixit, se gessit,* cf. in Nov. Tes. πορεύεσθαι Ps. 15, 2. Jes. 33, 15. Mich. 2, 11, etc. — 3) *abiit, evanuit* Ps. 78, 39. Job 7, 9. 19, 10. — הָלַךְ לוֹ id. gall. *s'en aller* Cant. 2, 11. Hinc *decessit, mortuus est* Gen. 15, 2. Ps. 39, 14. — 4) *fluxit, effusus est,* fluvius, aqua Gen. 2, 14. Jes. 8, 6. — 5) *processit, progressus est* in aliquâ re, i. e. *incrementa cepit,* adeòque Gen. 26, 13 : *procedendo procedebat et adolescebat,* i. e. magis ac magis adolescebat Prov. 4, 18 : *procedens et lucens,* i. e. clarius clariusque relucens, etc.

Niph. נֶהֱלַךְ *abiit, evanuit* Ps. 109, 23.

Pih. חִלֵּךְ; part. מְהַלֵּךְ, plur. מְהַלְּכִים; imper. הַלֵּךְ; fut. יְהַלֵּךְ, pl. cum ן parag. et in pausâ יְהַלְּכוּן; 1) *ivit, incessit* Job 24, 10. 30, 28. Ps. 38, 7. Notand. *ivit in luce Iehovæ,* i. e. eum propitium habuit Ps. 89, 16, *ivit in rebus magnis,* i. e. *magna*

aggressus est Ps. 131, 1. — 2) *grassatus est* Thren. 5, 18.

Hiph. part. pl. מַהֲלְכִים, ex chaldaismo pro מַהֲלִיכִים, *duces, comites* Zach. 3, 7. Vulgat. *ambulantes.*

Hithpah. הִתְהַלֵּךְ; part. מִתְהַלֵּךְ, f. מִתְהַלֶּכֶת; pl. m. מִתְהַלְּכִים; fut. יִתְהַלֵּךְ et יִתְהַלָּךְ, pl. cum ן parag. et in pausâ יִתְהַלְּכוּן; 1) pr. *sibi ivit,* hinc *ambulavit* Gen. 3, 8: 2 Sam. 11, 2; *ambivit, circumivit* Ex. 21, 19. Job 1, 7. Zach. 1, 10; *incessit* Ps. 35. 14, cum accus. Job 22, 14. — 2) *se gessit, vixit* Ps. 26, 3. Prov. 20, 7, etc. Not. *coram Deo, cum Deo ambulavit* i. e. vitam Deo probatam duxit. — 3) *fluxit* vinum Prov. 23, 31. — 4) *grassatus est* Prov. 24, 34. Conf. Pih. nº 2. — Deriv. הָלִיךְ, תַּהֲלוּכָה, מַהֲלָךְ, הֲלִיכָה et הֵלֶךְ m. 1) pr. *iter, via,* hinc pro אִישׁ הֵלֶךְ, *viator,* 2 Sam. 12, 4. — 2) *fluxus* 1 Sam. 14, 26.

הָלַל; part. act. pl. הוֹלְלִים הוֹלְלִי; vid. mox in Hiph. fut. pl. יְהֹלְלוּ; 1) *splenduit, luxit.* — 2) *gloriatus est, superbiit, impiè egit* Ps. 5, 6. 73, 3. 75, 5. — 3) *stolidus fuit.*

Pih. הִלֵּל; part. מְהַלֵּל undè plur. מְהַלְלִים; inf. הַלֵּל; fut. יְהַלֵּל, cum ה parag. יְהַלֶּלָה; 1) *splendere fecit, celebravit laudibus, laudavit,* cum accus. Ps. 117, 1. 145, 2, cum ל 1 Par. 16, 36, etc. Esr. 3, 11, cum בְּ Ps. 44, 9, cum אֶל *collaudavit* aliquem alicui, commendavit Gen. 12, 15. — 2) forsan *gloriatus est.* Ps. 56, 5: בֵּאלֹהִים אֲהַלֵּל דְּבָרוֹ *de Deo gloriabor (ob) verbum ejus.*

Puh. הֻלַּל, pl. in pausâ הוּלְלוּ pro הֻלְלוּ; part. מְהֻלָּל; fut. יְהֻלַּל; *celebratus fuit* Eze. 26, 17. Part. מְהֻלָּל *celebrandus* (Deus) Ps. 18, 4. 96, 4. 145, 3. Sed, Ps. 78, 63: *et virgines ejus non* הוֹלָלוּ *celebrabantur,* scil. epithalamiis; cùm hæc interpretatio haud satis conveniat, vers. 64, alii legere malunt הוֹלֵלוּ vel הֵילֵלוּ *ejulabant, lamentabantur,* LXX ἐπένθησαν.

Pohel. הוֹלֵל undè fut. יְהוֹלֵל *stultum reddet, arguet* Eccl. 7, 7. Job 12, 17. Jes. 44, 25.

Pohal. part מְהוֹלָל *insaniens* Eccl. 2, 2; pl. cum. suff. מְהוֹלָלַי *insanientes in me* i. e. insano modo mihi insultantes Ps. 102, 9.

Hiph. הֵהֵל; fut. יָהֵל; 1) *fecit lucere, splendescere* Jes. 13, 10. Job 41, 10. Eòdem forsan referendum Job 29, 3: בְּהֵלוֹ נֵרוֹ *cum lucere faceret* (Deus) *lucernam ejus;* inf. cum suff. בְּהֵלוֹ est pro בַּהֲהֵלוֹ, abjecto ה præform. Sed aliis est infin. Kal. quod. non prorsùs spernendum. — 2) *lucem sparsit* Job. 31, 26.

Hithpah. הִתְהַלֵּל; part. מִתְהַלֵּל; fut. יִתְהַלֵּל; in pausâ יִתְהַלָּל; 1) *laudatus est* Prov. 31, 30. — 2) *gloriatus est, sese jactavit* 1 Reg. 20, 11. Prov. 20, 14. Seq. בְּ *de re gloriatus est* Prov. 25, 14. Ps. 34, 3. 64, 11, etc. Semel cum עַם Ps. 106, 5.

Hithpoh. הִתְהוֹלֵל; fut. יִתְהוֹלֵל, in pausâ יִתְהוֹלָל; 1) *insanivit* Jer. 25, 16. 50, 38. 51, 7. Nah. 2, 5. — 2) 1 Sam. 21, 14. — Deriv. הָלוּל, מַהֲלָל, הוֹלֵלוּת, הוֹלֶלֶת, הֵילֵל, תְּהִלָּה.

הֵלֶל n. pr. viri Jud. 12, 13, 15.

הָלַם; part. act. הוֹלֵם pro הוֹלֵם, quod aliis est nomen abstractum; pass. הָלוּם; infin. constr. הָלוֹם; fut.

יְהֻלֹּם, pl. cum ן parag. et in pausâ יְהֻלֻּמוֹן; *tudit, percussit* Jud. 5, 26. Jes. 41, 7. Ps. 74, 6. 141, 5. Metaph. Jes. 28, 1: *percussi vino*, i. e. ebrii, cf. latin. *vino sauciatus*, *mero saucius* pro ebrio, græc. οἰνοπλήξ. — 2) *contudit, diffregit* Jes. 16, 8.—3) *dissolutus est.* 1 Sam. 14, 16: וְיֹלֵךְ וְהָלֹם *et magis magisque dissolvebatur, dissipabatur* exercitus. — Deriv. יְהֻלֹּם מְהֻמָּה et seq.

הוּלָם Jes. 41, 7. vid. rad. ipsam.

הָלַם pr. forsan imper. *pulsa* pede terram, hinc 1) *hîc* Gen. 16, 13. — 2) *huc* Ex. 3, 5. Jud. 18, 3: 1 Sam. 10, 22. עַד־הֲלֹם *hucusque, hactenus* 2 Sam. 7, 18: 1 Par. 17, 16.

הֵלָם n. pr. viri 1 Par. 7, 35.

הַלְמוּת f. *malleus* Jud. 5, 26.

הֵם vel הָם n. pr. regionis Gen. 14, 5.

הֵם vel הָם m. undè pl. cum suff. הֲמֻיֵּהֶם pro הֲמִיֹּתָם *strepitus, tumultuatio*, i. e. *turba eorum* Eze. 7, 11. Hebræi dictum volunt pro הֵם אֲשֶׁר מֵהֵם. — Rad. הָמָה.

הֵם et הֵמָּה pron. 3 pers. m. plur. *ii, illi.* Interdum pro femin. usurpatur ut Zach. 5, 10. Ruth. 1, 22. Cant. 6, 8, et pro 2 pers. Soph. 2, 12. Cum artic. הָהֵם, הָהֵמָּה fit demonstrativum, et haud rarò vices gerit verbi substantivi Gen. 25, 16: 1 Reg. 8, 40. 9, 20, etc.

הָמָה; part. act. הֹמֶה f. הֹמָה et הֹמִיָּה, pl. הֹמִים et הֹמִיּוֹת; fut. יֶהֱמֶה, cum ה parag. (mutat. tertiâ rad. ה in י) et in pausâ יֶהֱמִיֶּה, pl. יֶהֱמוּ, cum ן parag. (mutat. tertiâ rad. in י) et in pausâ יֶהֱמִיּוּן; ad *sonitum et strepitum quemcumque* adhibetur, hinc 1) *strepuit, fremuit, murmuravit*, etc. Sic dicitur de voce, gemitu, fremitu hominum et animalium Ps. 55, 18. 59, 7. Jes. 59, 11. Eze. 7, 16, etc. de strepitu instrumentorum Jes. 16, 11. Jer. 48, 36, pluviæ 1 Reg. 18, 41, fluctuum Ps. 46, 4. Jes. 51, 15, etc. populi tumultuantis Jes. 17, 12. Ps. 46, 7 etc., undè poët. הֲמוּיוֹת *loca strepentia*, i. e. plateæ Prov. 1, 21; de animo inquieto, sollicitudine, curis agitato Jer. 4, 19. Ps. 42, 6, etc. — 2) transit. *fecit strepere, tumultuari* Prov. 20, 1. — Deriv. הֵם vel הָם, הֲמוֹן, הֲמִיָּה, הֹם.

הֹם vid. הֵם.

הֲמוֹן m. sed f. Job 31, 34. constr. הֲמוֹן; suff. הֲמֹנוֹ; pl. הֲמֹנִים; suff. הֲמֹנֶיהָ; 1) *strepitus* imbris 1 Reg. 18, 41, cantantium Eze. 26, 13, maximè multitudinis 1 Sam. 4, 14. Job 39, 7, etc. — Hinc 2) *multitudo* hominum ipsa Gen. 17, 4. Jud. 4, 7. Jes. 13, 4, etc., it. aquarum *copia* Jer. 10, 13. 51, 16. — 3) *copiæ, opes, divitiæ* Jes. 60, 4. Ps. 37, 16. Eccl. 5, 9. — 4) *animi commotio* Jes. 63, 15, — Rad. הָמָה.

הֲמוֹנָה n. propheticum urbis Eze. 39, 16.

הֲמִיָּה f. constr. הֲמִיַּת; *strepitus* citharæ Jes. 14, 11. — Rad. הָמָה.

הֲמוּלָה et הֲמוּלָּה f. *strepitus* Jer. 11, 16. Eze. 1, 24. — Rad. המל.

הָמַם; 1 pers. s. הֲמוֹתִי; infin. cum suff. הָמְמָם; fut. יֶהֱם, conv. וַיֶּהֱם, יֶהֱמֶה; pr. forsan ut הוּם et הָמָה *perstrepuit*, sed maximè transit. *perstrepere fecit*, hinc 1) *commovit, agitavit, impulit* rotas Jes. 28, 28. — 2) *perturbavit, dissipavit, fugavit* hos-

es Ex. 14, 24. Jos. 10, 10. Ps. 18, 15, etc. — Indè 3) *penitùs extinxit. delevit* Deut. 2, 15. Jer. 51, 34. Esth. 9, 24.

הֲמַנְכֶם undè inf. cum suff. הֲמַנְכֶם *tumultuari vestrùm* Eze. 5, 7. Cf. vicin. הֲמָה, cujus ipsum nomen verbale esse rabbini existimant.

הָמָן n. pr. viri Esth. 3, 1 seq.

חֲמָסִים m. pl. *cremia, stipulæ* Jes. 64, 1. — Rad. חמס.

הֵן pron. 3 pers. f. pl. *eæ, illæ.* Ubiquè cum præfixis. לָהֵן, כָּהֵן, בָּהֵן, מֵהֵן. Sic Gen. 19, 20. Eze. 16, 4. 18, 14. Ruth. 1, 13. Quoties pronom. separatum est, toties præ se fert ה parag. הֵנָּה quod vid.

הֵן seq. Makkeph הֵן־; 1) adv. seu interj. demonstrandi: *en, ecce!* Gen. 3, 22. Job 8, 19, etc. Sed frequentius cum ה parag. הִנֵּה quod vid. — 2) partic. interrogat. indirectæ: *num, an* Jer. 2, 10. — 3) partic. condition. *si* Ex. 8, 22. Lev. 25, 20. Jes. 54, 3. Jer. 3, 1. Job 40, 25.

הֵנָּה 1) pron. 3 pers. f. pl. *eæ, illæ* Gen. 41, 19. Jer. 34, 17, it. *ipsæ* Gen. 33, 6, et sic cum artic. הַהֵנָּה 1 Sam. 17, 28. Sæpè includit verbum substant. vel pro eo ponitur Gen. 6, 2. 41, 6, etc. — 2) adv. loci (compos. ex הֵן *ecce* et ה parag. locali) — a) *huc, horsum* Gen. 45, 8. Jos. 3, 9, repetitum *huc, illuc* Jos. 8, 20: 2 Reg. 8, 4, etc. — b) *hîc* Gen. 21, 29, repetitum *hîc, illic* 1 Reg. 20, 40.

הֵנָּה rariùs הֵנָּה Gen. 19, 2 (compos. ex הֵן et ה parag.); cum suff. הִנֵּנִי, in pausâ הִנֵּנִי et cum נ *epenthet.* הִנְּנִי *ecce me;* הִנְּךָ, semel הִנְּכָה 2 Reg. 7, 2, fem. הִנָּךְ *ecce tu;* הִנּוֹ *ecce eum, eccum;* הִנָּנוּ, in pausâ הִנָּנוּ et cum נ *epenthet.* הִנְּנוּ *ecce nos;* הִנְּכֶם *ecce vos;* הֵנָּם *ecce illos.* Notand. הִנֵּה cum suffixis in oratione vividiori præmitti sæpissimè participio, ubi hoc pro verbo finito est, maximè pro futuro. Gen. 20, 3: הִנְּךָ מֵת *ecce te moriturum, tu moriturus es* Jes. 3, 1. Jer. 8, 17, etc.; pro præterito Gen. 37, 7: 1 Par. 11, 25, pro præsente Gen. 16, 14. Ex. 34, 11. Rariùs sequitur verbum finitum, ut Jes. 28, 16: הִנְנִי יִסַּד *ecce me, qui fundavit,* pro יָסַדְתִּי vel יָסַד.

הֲנָחָה f. *quietis concessio, quies* Esth. 2, 18, — Verbale Hiph. à rad. נוּחַ.

הֵנָּם, vid. in נֵי, pag. 131.

הֲנַע n. pr. urbis in Mesopotamiâ 2 Reg. 18, 34. 19, 13. Jes. 37, 13.

הָסָה in Kal inus. (vicin. חָשָׁה). Pih. imper. apoc. הַס, in pausâ הָס *sile!* Jud. 3, 19. Hab. 2, 20. Soph. 1, 7. Amos 6, 10. Zach. 2, 17, sed Amos 8, 3 quibusdam est adv. *tacitè.* Plur. הַסּוּ *silete* Neh. 8, 11.

Hiph. fut. conv. וַיַּהַס *silere fecit, sedavit* populum Num. 13, 30.

הַפְגָּה f. undè pl. הַפְגּוֹת *intermissiones* Thren. 3, 49. — Rad. פוּג.

הֹפֵךְ; partic. act. הֹפֵךְ; cum ה parag. הֹפְכִי; pass. f. הֲפוּכָה; inf. abs. הָפוֹךְ, constr. הֲפֹךְ, suff. הָפְכִי; fut. יַהֲפֹךְ; 1) *vertit, invertit, versavit* 2 Reg. 21, 13. Hos. 7, 8. Cum יָד, *vertit manum* vel *latus*, i. e. *reversus est* 1 Reg. 22, 34: 2 Chron. 18, 33. It. intrans. *vertit se* 2 Reg. 5, 26, hinc *terga vertit, fugit* Jud. 20, 39, 41. Ps. 78, 9. — 2) *evertit, subvertit* Gen. 19, 21, Deut. 29. 22, seq. בְּ

Amos 4, 11. — 3) *convertit, mutavit* Ps. 105, 25. Seq. לְ *in aliquid* Ps. 66, 6. Jer. 31, 13, etc. Intrans. *mutatus est in, evasit* Lev. 13, 3, 4. 10, 13, 20. — 4) *pervertit* Jer. 23, 36, et intrans. *perversus fuit.* Jes. 29, 16.

Niph. נֶהְפַּךְ; part. fem. in pausâ נֶהֱפֶכֶת; infin. abs. נָהָפוֹךְ; fut. יֵהָפֵךְ; 1) *vertit se* Jos. 8, 20, metaph. נֶהְפַּךְ בִּלְשׁוֹנוֹ *versutæ linguæ fuit* Prov. 17, 20. Seq. בְּ *vertit se contra aliquem* Job 19, 9, עַל *ad aliquem* 1 Sam. 4, 19. Jes. 60, 5, it. seq. לְ Thren. 5, 2. — 2) *eversus est* Jon. 3, 4. — 3) *conversus, mutatus est,* seq. לְ Ex. 7, 15. Lev. 13, 16, 17, seq. accus. Lev. 13, 16; spec. in malam partem, *degeneravit* Jer. 2, 21.

Hoph. הָהְפַּךְ *conversus est, irruit* in aliquem Job 30, 15.

Hithpah. part. מִתְהַפֵּכֶת, f. מִתְהַפֶּכֶת; fut. תִּתְהַפַּךְ; 1) *vertit se* continuò, *micuit* de gladio Gen. 3, 24. — 2) *mutavit se* Job 38, 14. — 3) *volvit se* Job 37, 12. Jud. 7, 13. — Deriv. מַהְפֵּכָה, מַהְפֻּכָה, תַּהְפֻּכוֹת et statim seq.

חֶפֶךְ et חֵפֶךְ m. *inversum* i. e. contrarium Eze. 16, 34.

חַפְכָּה f. *subversio* Gen. 19, 29.

חַפַּכְפַּךְ m. *tortuosus* Prov. 21, 8.

חַצָּלָה f. *ereptio, liberatio* Esth. 4, 14. — Rad. נָצַל.

חֵצֶן m. Eze. 23, 24, forsan. ut Targum et Kimchi *arma bellica.* Syr. *armati*, Vulgat. *instructi.* Plures codices חצן habent. — Rad. חצן.

חָר m. cum artic. הֶהָר, cum ה locali הָרָה semel הָרָה Gen. 14, 10; suff. חָרְכֶם; pl. הָרִים, semel הָרֵי quod tamen aliis est pl. cum suff. *montes mei* Zach. 14, 5; constr. הָרֵי; suff. הָרָיו; *mons* Gen. 10, 30. Deut. 33, 19, etc. Sed sæpè est *tractus montanus* Jos. 10, 40. 11, 2, 16. Jud. 1, 9, etc. — הַר חֶרֶס n. pr. oppid. Samaritanorum Jud. 1, 35. הַר יְעָרִים, vid. יַעַר.

הֹר vid. הוֹר.

הָרָא n. pr. regionis in Assyriorum regno 1 Chron. 5, 26.

הַרְאֵל ut אֲרִיאֵל quod vid.

הָרֵג; part. act. הֹרֵג, pl. הֹרְגִים; pass. הָרוּג, pl. הֲרוּגִים et חֲרֻגִים; inf. abs. הָרוֹג, constr. הֲרוֹג, suff. הָרְגוֹ, הָרְגָהּ et in pausâ הָרְגָהּ; imper. הָרֹג, pl. הִרְגוּ, in pausâ הָרְגוּ; fut. יַהֲרֹג; *occidit, interfecit* quocumque modo, sive gladio, sive saxo conjecto. Indè tribuitur etiam pesti Jer. 18, 21, viperæ Job 20, 16, grandini Ps. 78, 47, mœrori Job 5, 2. Constr. plerumque cum accus. rarò seq. לְ 2 Sam. 3, 30. Job 5, 2, et seq. בְּ quod forsan signif. *cædem fecit inter* Ps. 78, 31 : 2 Chron. 28, 9.

Niph. inf. הָרֵג Eze. 26, 15 ubi cum præfix. בְּ et exclus. præform. ה, legitur בֶּהָרֵג *dum occiditur* pro בְּהֵהָרֵג; fut. יֵהָרֵג *occidetur* Thren. 2, 20, pl. f. תֵּהָרַגְנָה *occidentur* Eze. 26, 6.

Puh. הֹרַג undè in pausâ הֹרָג *occisus est* Jes. 27, 7. Ps. 44, 23. — Deriv. seq.

הֶרֶג m. *occisio, cædes* Jes. 27, 7. Prov. 24, 11. Esth. 9, 5, etc.

הֲרֵגָה f. id. Jer. 7, 34, 12, 3. 19, 6. Zach. 11, 4, 7.

הָרָה; part. act. f. הוֹרָה, suff. הוֹרָתִי; infin. abs. הָרֹה et הָרוֹ; fut. תַּהֲרֶה undè cum ו conv. וַתַּהַר; 1) *concepit, gravida facta est* mulier

Gen. 4, 1, etc. seq. לְ viri ex quo illa concepit Gen. 38, 18, 25. Partic. f. הוֹרָה *genitrix, mater* Cant. 3, 4. Hos. 2, 7. De הוֹרִים Gen. 49, 26, vid. הוֹר — 2) metaph. *animo concepit,* hinc *meditatus molitus est* aliquid Jes. 33, 11. 59, 4. Job 15, 35.

Pub. הֹרָה *conceptus est* Job 3, 3.

Pohel הֹרָה undè inf. abs. הָרוֹ *concipiendo* Jes. 59, 13. — Deriv. seq.

הָרָה f. constr. הָרַת; plur. הָרוֹת, suff. הָרוֹתֵיהֶם, הָרוֹתֵיהֶן (formæ daguessandæ); *gravida, prægnans* Gen. 16, 11. Ex. 21, 22 : 2 Reg. 8, 12. 15, 14. Jer. 20, 17, etc.

הֵרוֹן m. undè cum suff. f. הֵרֹנֵךְ *graviditas tua,* vel potius *dolores graviditatis tuæ* Gen. 3, 16.

הֲרָיָה f. undè pl. cum suff. הֲרָיוֹתָיו *gravidæ ejus* Hos. 14, 1.

הֵרָיוֹן m. *conceptus* Ruth 4, 13. Hos. 9, 11.

הֲרִיסָה fem. undè plur. cum suff. הֲרִיסוֹתָיו *quæ destructæ sunt ejus,* i. e. domus ejus destructæ Amos 9, 11. — Rad. הָרַס.

הֲרִיסוּת fem. cum suff. f. הֲרִיסָתֵךְ *destructio tua* Jes. 49, 19. — Rad. הָרַס.

הָרָם n. pr. viri Jos. 10, 33.

הֹרָם n. pr. viri 1 Chron. 4, 8.

הַרְמוֹן ut אַרְמוֹן, undè cum ה locali הַרְמֹנָה *in palatium* Amos 4, 3. Quibusd. est nom. pr. — Rad. הרם.

הָרָן n. pr. viror. Gen. 11, 26, 27 : 1 Par. 23, 9. בֵּית הָרָן vid. pag. 92.

הָרַס; part. act. הֹרֵס, pass. הָרוּס; inf. constr. הָרוֹס; imper. הָרֹס, cum Makkeph הָרֹס־, cum suff. f. הָרְסָה; fut. יֶהֱרֹס et יֶהֱרַס־, cum suff. et in pausâ יֶהֶרְסֶךָּ, plur. יֶהֱרְסוּ, in pausâ יַהֲרְסוּ; 1) *diruit, destruxit* sæpius domos, urbes, mœnia. Alibi *excussit dentes* Ps. 58, 7, *decussit, deturbavit* aliquem de statione Jes. 22, 19, *perdidit* populum Ex. 15, 7, et hinc regnum, ut Prov. 29, 4 ubi sensus est : *rex justitiâ stabilit regnum, sed qui largitiones amat,* i. e. ubi rex est injustus, *diruit, perdit illud.* Regnum comparatur ædificio, quod rege justo stabilitur, rege injusto subvertitur et corruit. — 2) intrans. *irruit, irrupit* Ex. 19, 21, 24.

Niph. נֶהֱרַס; part. נֶהֱרָס undè f. pl. נֶהֱרָסוֹת; fut. יֵהָרֵס *dirutus, destructus est* Eze. 30, 4. 38, 20. Joel 1, 17. Ps. 11, 3.

Pih. part. m. pl. cum suff. fem. מְהָרְסַיִךְ *destruentes te, destructores tui* Jes. 49, 17; inf. הָרֵס *destruendo,* et fut. cum suff. תְּהָרְסֵם *dirues eos* Ex. 23, 24. — Deriv. חֲרִיסָה, הֲרִיסוּת, et

הֶרֶס m. *destructio* Jes. 19, 18 ubi *civitas destructionis vocabitur una* (harum quinque urbium), i. e. diruetur una, etc. ad Leontopolin referunt. Sed probabilius legend. quod plures habent codices חֶרֶס *sol,* undè *civitas solis;* sic Symmach. et Vulgat.

הָרָר m. undè cum suff. הָרָרִי *mons meus* Jer. 17, 3.

הָרָר masc. undè cum suff. הָרָרִי, הָרָרֶם; pl. הָרָרִים, undè constr. הָרְרֵי, suff. הָרָרֶיהָ; *mons* Gen. 14, 6. Num. 23, 7. Deut. 8, 9. Ps. 30, 8.

הָרָרִי et הַרְרִי *montanus* cognomen viri cujusdam 2 Sam. 23, 11, 33.

חָשֵׁם n. pr. viri 1 Par. 11, 34, quod יָשֵׁן 2 Sam. 23, 32.

הַשְׁמָעוֹת f. *auditus*. Eze. 24, 26 : לְהַשְׁמָעוֹת אָזְנַיִם *ut audiant aures*. — Rad. שָׁמַע.

הַתּוּךְ m. *liquatio* Eze. 22, 22. — Rad. נָתַךְ.

הַתָּךְ n. pr. viri Esth. 4, 5.

הָתַל radix de quâ nonnulla prænotanda sunt. Secundaria videtur atque orta ex Hiph. verbi תָּלַל, ita quidem ut plurimæ formæ originem à תלל prodant, in aliis autem littera ה naturam radicalis induat. Prius locum habet in præter. הֵתֵל Gen. 31, 7 retracto accentu pro הֵתֵל; 2 pers. הָתַלְתָּ Jud. 16, 10; inf. הָתֵל Ex. 8, 25; fut. pl. תְּהָתֵלּוּ Job 13, 9 (quæ formæ cunctæ sunt conjugat. Hiph. à תָּלַל, etsi plerique eas haud secus ac sequentes, excepto הוֹתַל quod ad Puh. radicis הָתַל referunt, ad Pih. ejusdem התל pertinere existiment); præter. הוֹתַל Jes. 44, 20 (quod verum est Hoph. ejusdem תלל); posterius in יְהֻתַּל 1 Reg. 18, 27, plur. יְהֻתְּלוּ Jer. 9, 4, et deriv. הֲתַלִּים, מְהֻתַּלוֹת (in quibus ה utpote radicale, servatum est). — 1) *fefellit* seq. בְּ Gen. 31, 7. Jud. 16, 10, 13, 15. Jer. 9, 4. Job 13, 9. — 2) *delusit*, *illusit* 1 Reg. 18, 27, pass. *illusum*, *seductum est* Jes. 44, 20.

הֲתַלִּים m. pl. *illusiones*, *ludibria* Job 17, 2.

תָּהוֹתָתוּ undè Pih. fut. pl. forsan ut Vulgat. *irruitis* Ps. 62, 4. LXX ἐπιτίθεσθε; Aquila ἐπιβουλεύετε. Sed Symmach. ματαιοπονήσετε; sic ferè Aben-Ezra et Kimchi *pravitates cogitatis*, referentes verbum ad nomen הַוּוֹת *pravitates*. Quidam statuunt radicem הוּת in arab. *clamavit*, *inclamavit*, sed parùm aptè.

ו

ו Sexta alphabeti littera hebraicè וו *Vav* sonans; in numeralibus valet *sex*. De ejus duplici munere, vocalis scilicet et consonantis vid. gramma ticos; illud tantùm hîc monebimus, hanc litteram quatenus officio consonantis fungitur, ab initio radicum rarissimam esse, siquidem ubique י in ejus locum substituitur, יָלַד pro וָלַד; in medio vocum modò mobilem, modò quiescentem esse, in fine autem sæpiùs quiescere.

כִּבְשָׁן m. *fornax*, forsan *calcaria*, et *æraria* in quâ ex minerâ metallum *subigitur* et liquatur; undè differt à תַּנּוּר *furnus* in quo panis coquitur. Sed nonnulli conferunt arab. كَبَسَ *accendit.* Gen. 19, 28. Ex. 9, 8, 10. 19, 18.

כַּד suff. f. כַּדָּהּ; pl. m. כַּדִּים; *cadus, hydria* Gen. 24, 14 etc. — Rad. כדד.

כְּדֵי vid. דַּי.

כַּרְכֹּד m. lapis pretiosus valdè scintillans, vulgò *pyropus* Jes. 54, 12. Eze. 27, 16. — Rad. כרד cogn. כָּתַת *tutudit, contudit*, undè *ignem excussit*, conf. כִּידוֹד *scintilla.*

כְּדָרְלָעֹמֶר n. pr. viri Gen. 14, 1.

כֹּה forsan contract. ex כָּהוּ (ut קָטְלוּ ex קָטָלוּהוּ); 1) pr. *sicut hoc;* indè *ità, sic* Gen. 32, 5 etc. כָּכָה *hoc modo*, et bis repetitum *hoc modo, illo modo* 1 Reg. 22, 20. — 2) de loco *hìc*, et rariùs *huc* Gen 31, 37 geminatum : *hìc illic, huc illuc* Ex. 2, 12. Num. 11, 31. עַד־כֹּה, *eousque* Gen. 22, 5. — 3) de tempore *nunc.* עַד־כֹּה *hucusque* Ex. 7, 16. עַד־כֹּה וְעַד־כֹּה *usque huc et usque illuc, interea* 1 Reg. 18, 45.

כָּהָה; infin. absol. כָּהֹה; fut. וַיִּכְהֶה; convers. f. וַתִּכְהֶיןָ; pl. וַתִּכְהֶיָן; 1) ut cogn. לָאָה, קָהָה, *hebes, debilis fuit, hebetatus est* de oculis Gen. 27, 1. Zach. 11, 17 etc.; trop. *animo defecit, animum despondit* Jes. 42, 4.

Pih. כֵּהָה et כִּהָה; infin. כַּהוֹת pro כִּהוֹת; 1) *hebes factus est* oculus 1 Sam. 3, 2, it. *nigricans evasit* macula cutis in leprâ Lev. 13, 6 etc. it. — 2) *animum* alicui *infregit, ter-*

ruit, *prohibuit* aliquem 1 Sam. 3, 13; sed intrans. *timidus fuit*, *animum despondit* Eze. 21, 12. — Deriv. seq.

כֵּהֶה m. undè f. כֵּהָה, pl. כֵּהוֹת; 1) *debilis*, *debiliter lucens* de ellychnio Jes. 42, 3. — 2) *nigricans* de maculâ cutis in leprâ Lev. 13, 39. — 3) *fractus* de animo Jes. 61, 3.

כֵּהָה f. *debilitatio*, *remissio* Nah. 3, 19.

כָּהֵן undè part. act. כֹּהֵן q. vid. mox infrà.

Pih. כִּהֵן, infin. כַּהֵן; fut. יְכַהֵן; 1) *sacerdos fuit*, *factus est* Deut. 10, 6. — 2) *sacerdotio functus est* Ex. 28, 41. Hos. 4, 6. — 3) *magnificè ut sacerdos ornatum suum disposuit* Jes. 61, 10.

כֹּהֵן m. pl. כֹּהֲנִים; suff. כֹּהֲנָיו; *sacerdos* Gen. 14, 18. Ex. 2, 16. Ps. 110, 4 etc. *Sacerdos caput* (רֹאשׁ), *magnus*, *unctus* i. e. *summus sacerdos*, pontifex Lev. 4, 3. Jos. 20, 6: 2 Par. 19, 11 etc.

כְּהֻנָּה fem. constr. כְּהֻנַּת, suff. כְּהֻנָּתָם; pl. כְּהֻנּוֹת; *sacerdotium*, *sacerdotale munus* Ex. 29, 9 etc.

כּוּב n. pr. regionis ignotæ Eze. 30, 5.

כּוֹבַע m. in pausâ כּוֹבָע, constr. כּוֹבַע (retracto accentu); pl. כּוֹבָעִים; ut קוֹבַע *galea* 1 Sam. 17, 5. Jes. 46, 4. Eze. 38, 5 etc. — Rad. כבע.

כָּוָה undè Niph. fut. יִכָּוֶה; *ustus*, *adustus est* Jes. 43, 2. Prov. 6, 28. — Deriv. כִּי, כְּוִיָּה.

כּוֹחַ Dan. 11, 6. vid. כֹּחַ.

כְּוִיָּה f. *ustio*, *pars usta* corporis Ex. 21, 25. — Rad. כָּוָה.

כּוֹכָב m. constr. כּוֹכַב; pl. כּוֹכָבִים, suff. כּוֹכְבֵיהֶם; *stella* Gen. 37, 9. Jes. 13, 10 etc. Metaph. *princeps* Num. 24, 7. — Rad. ככב, vel כוב, vel כבב in arab. *convolvit in globum*.

כּוֹל; præt. כָּל *mensus est* Jes. 40, 12.

Hiph. inf. הָכִיל, fut. יָכִיל; 1) *cepit*, *continuit spatio* 1 Reg. 7, 26. Eze. 23, 32. — 2) *sustinuit*, *tulit* aliquid Jer. 6, 11. Joël 2, 11.

Pilp. כִּלְכֵּל, part. מְכַלְכֵּל; infin. כַּלְכֵּל; fut. יְכַלְכֵּל; 1) *cepit*, *continuit* 1 Reg. 8, 27 etc. — 2) *sustinuit*, *tulit* Jer. 20, 9. Prov. 18, 14, hinc *tuitus est* Ps. 55, 23. 112, 5. — 3) *sustentavit*, *alimenta suppeditavit* Gen. 45, 11 etc. Cum dupl. accus. Gen. 47, 12 etc.

Pulp. כֻּלְכְּלוּ *commeatu instructi sunt* 1 Reg. 27, 27.

כּוֹמָז m. *globulus aureus*, sed forsan collectivè *globuli*, *monile* ex globulis consertis Ex. 35, 22. Num. 31, 50. — Rad. כמז.

כּוּן, undè fut. conv. וַיְכוֹנְנוּ *et formavit nos* Job 31, 15. Ità vulgò et rectè quidem; nonnullis est pro יְכוֹנְנֵנוּ fut. Pilp., utroque נ radicali in unicum epentheticum per Daghesch coalescente, et וֹ correpto in וּ.

Niph. נָכוֹן; imper. הִכּוֹן; fut. יִכּוֹן; 1) *erexit se*, *sororians fuit* de mammis Eze. 16, 7, *stetit firmus*, *constitit* Ps. 93, 2. Job 21, 8, hinc Part. constr. נְכוֹן הַיּוֹם *firmum diei*, *meridies* Prov. 4, 18. Sæpiùs trop. a) *rectus*, *aptus fuit* Ex. 8, 22. Job 42, 8. — b) *verus*, *sincerus fuit* Ps. 78, 37, undè Part. f. נְכוֹנָה *sincerum*, *sinceritas* Ps. 5, 10. — c) *firmus*, *intre-*

pidus, *constans fuit* Ps. 57, 8 etc.— d) *certus fuit*, undè אֱל־נָכוֹן certò 1 Sam. 6, 24 etc. — 2) *fundatus est* Jud. 16, 26. — 3) *paratus est* Ex 19, 11. Eze. 38, 7. Seq. לְ rei, *proclivis fuit*, *ad aliquid*, *propè abfuit à re* Ps. 38, 18.

Hiph. הֵכִין, 1 pers., pl. הֲכִינוֹנוּ et הֲכַנּוּ; part. מֵכִין; infin. absol. הָכֵן, constr. הָכִין; imper. הָכֵן, pl. הָכִינוּ; fut. יָכִין, apoc. יָכֵן; 1) *statuit* Ps. 103, 19. Job 29, 7, hinc *stabilivit*, *firmavit* 2 Sam. 7, 12. Ps. 10, 17 etc. Inf. הָכֵן adv. *firmè* Jos. 3, 17. — 2) *constituit* aliquem, Jos. 4, 4, seq. לְ 2 Sam. 5. 12.—3) *fundavit* Jer. 10, 12. Esr. 3, 3 etc. — 4) *direxit* Eze. 4, 3: 2 Par. 27, 6. Seq. לֵב, *animum applicuit* ad aliquid, *sibi proposuit* Esr. 7, 10 etc., et omisso לֵב Jud. 12, 6: 1 Par. 28, 2. — 5) *paravit* Gen. 43, 16. Job 15, 35.

Hoph. הוּכַן et הָכֵן; part. מוּכָן; 1) *statutus est* Jes. 16, 5. — 2) *constitutus est* Jes. 30, 34,—3) *paratus est* Nah. 2, 6. Prov. 21, 31.

Pilp. כּוֹנֵן; imper. cum ה parag. כּוֹנְנָה; fut. יְכוֹנֵן; 1) *statuit* 2 Sam. 7, 13. Ps. 9, 8, hinc *confirmavit* Ps. 7, 10 etc. — 2) *fundavit* Hab. 2, 12. Prov. 3, 19 etc. — 3) *aptavit*, *direxit* sagittas Ps. 7, 13, indè *jaculatus est* Ps. 21, 12. Metaph. subaudito לֵב, *animum applicuit ad* (Vid. Hiph. n. 4) Jes. 51, 13. Job 8, 8. — 4) *creavit*, *formavit* Deut. 32, 6. Ps. 8, 4.

Hithpohl. fut. in pausâ יִתְכּוֹנָן *stabiliet*, *firmabit se* Prov. 24, 3; f. תִּתְכּוֹנֵן pro תִּתְכּוֹנָן id. Num. 21, 27; in 2ª pers. f. et in pausâ תִּתְכּוֹנָנִי *stabilies te* Jes. 54, 14; pl. m. in pausâ יִתְכּוֹנָנוּ *parabunt se* Ps. 59, 5.—Deriv. מְכוֹנָה, מָכוֹן, כִּיּוֹן, כִּוֹן, אָכֵן, כֵּן, תְּכוּנָה.

כּוֹן n. pr. oppidi Phœnicum 1 Par. 18, 8.

כַּוָּן m. undè pl. כַּוָּנִים *liba*, *popana* Jer. 7, 18. 44, 19.

כּוֹס f. suff. כּוֹסִי; pl. כּוֹסוֹת; 1) pr. forsan *receptaculum*, *vas*, spec. *poculum* Gen. 40, 11. Jer. 35, 5 etc. Metaph. *sors*, *portio*, servatâ tamen calicis imagine Ps. 11, 6. 16, 5.—2) avis quædam immunda, in ruinis degens, *bubo*, *noctua* juxta veter. version. Lev. 11, 17. Deut. 14, 16. Ps. 107, 2. Bochart *onocrotalum* seu *truonem* intelligit ita dictum à *receptaculo* seu *sacculo* qui de ejus ingluvie dependet, quemadmodùm latinè *truo* dicitur à *trud.* — Quoad etymon, est forsan כּוֹס contractum ex כֹּנֵס, כִּנֵּס à rad. כָּנַס, ut בַּיִת ex בִּנְיָת et בַּת ex בִּנְתָ, à rad. בָּנָה.

כּוּר ut vicin. נָקַר, בָּרָה, אָכַר, קוּר, *fodere*, *perfodere*; undè כָּרוּ *foderunt* Ps. 22, 17. Sic Vulgat. LXX ὤρυξαν; quod de Christo solo intelligi potest. Hæc lectio genuina visa fuit eruditissimo critico De Rossio (Var. Lection. V. T. Sylloge, vol. IV, pag. 17, seq.). Quoad כארו, eadem omninò est, sed addito tantùm א epenthetico, ut in קָאַם pro קָם, in רָאַמָה pro רָמָה etc. Alii post Aquilam in secundâ editione, Symmachum et quinque codices latinos quos legit St. Hieronymus, vertunt *vinxerunt*, sed invitâ linguæ Hebr. analogiâ. Neque

sunt audiendi qui verbo arab. כור, *colligandi, constringendi* potestatem tribuunt. Pro כרו vel כארו, textus qualis nunc legitur, refert כְּאֲרִי quod Judæi, invito contextu, vertunt *sicut leo*, quodque reddi posset *fodientes*, quasi esset partic. plur. absol. pro כָּאֲרִים ut מְנִי pro מְנִים Ps. 45, 9, quod nonnulli volunt, vel potiùs partic. pl. constr. כָּאֲרֵי animandum. Alii denique post Aquilam in primâ editione *fœdarunt* interpretantur, collato forsan chald. כְּעַר *polluit, contaminavit*, sed, ut benè notavit Winer ad Lexic. Hebr. Simonis, interpretatio ista prorsùs aliena est ab hujus loci naturâ.—Deriv. כִּיּוֹר, כִּירַיִם, et, saltem quoad formam,

כּוּר m. *fornax* pr. in quâ metalla liquantur Eze. 22, 18. Prov. 17, 3 etc. Trop. Deut. 4, 20 etc. — * Sic vulgò, sed pr. forsan est *arena* (*sable*), indè *minera*, tùm etiam *vas ex arenâ confectum* ad metallorum conflaturam et expurgationem (*creuset*). Cæterum vid. כְּכָר,

כּוֹר עָשָׁן n. pr. oppidi in tribu Simeonis 1 Sam. 30, 30, alibi simpl. עָשָׁן Jos. 15, 42 etc.

כּוֹר ut כִּר q. vid.

כּוּשׁ n. pr. 1) viri Gen. 10, 6, it. alterius viri Ps. 7, 1. — 2) regionis nempè *Æthiopæ* Gen. 10, 7 etc.

כּוּשִׁי, f. כּוּשִׁית et כֻּשִׁית; pl. כּוּשִׁים et כּוּשִׁיִּים; 1) nom. gent. *Æthiops, Æthiopissa* Num. 12, 1: 2 Sam. 18, 21. Dan. 11, 43. Amos. 9, 7 etc. — 2) n. pr. viri Soph. 1, 1.

כּוּשָׁן f. *Æthiopia* Hab. 3, 7.

כּוּשָׁן רִשְׁעָתַיִם n. pr. viri Jud. 3, 8, 10.

כּוֹשָׁרָה f. undè pl. כּוֹשָׁרוֹת *prosperitates* Ps. 68, 7. — Rad. כָּשַׁר

כּוּת et כּוּתָה n. pr. regionis cujus populus regis Assyriæ jussu in terram Israëliticam ductus est 1 Reg. 17, 24, 30.

כֻּתֶּרֶת vid. כֹּתֶרֶת.

כָּזָב undè כָּזָב *mentiens* Ps. 116, 11.

Niph. נִכְזַב *mendax, fallax deprehensus est* Job 41, 1.

Pih. כִּזֵּב; fut. יְכַזֵּב; *mentitus est* Job 6, 28 etc., seq. לְ, בְּ *fefellit aliquem* 2 Reg. 4, 16. Ps. 78, 36 etc. Metaph. *spem fefellit* res Jes. 58, 11.

Hiph. fut. יַכְזִיב *mendacii arguet* Job. 24, 25. — Deriv. אַכְזָב et seq.

כָּזָב m. pl. כְּזָבִים, suff. כְּזָבֶיהָם; 1) *mendacium* Ps. 4, 3 etc. — 2) *quidquid fallit, res inanis, vana* spec. *idola, oracula falsa* Eze. 13, 6. Amos 2, 4 etc.

כֹּזְבָה n. pr. loci 1 Par. 4, 22, forsan idem atque כְּזִיב.

כָּזְבִּי n. pr. mul. Num. 25, 15.

כְּזִיב n. pr. oppidi in tribu Judâ Gen. 38, 5, idem forsan atque אַכְזִיב

כַּח et Dan. 11, 6 כֹּחַ m. suff. כֹּחִי, כֹּחֲךָ, cum ה parag. in pausâ כֹּחָכָה; 1) *vis, vires, robur* Jud. 16, 6. Job 26, 2 etc. Gen. 49, 3: *tu robur meum* i. e. filius roboris mei, quem in robore juvenili meo genui. *Robur terræ* i. e. proventus ejus Gen. 4, 12 etc. —2) *facultas* seq. gerundio, *rei faciendæ* Dan. 1, 4. — 3) *facultates, opes* Job 6, 22 etc. — 4) *lacertæ majoris* species à *robore* dicta quo in

pugnâ cum serpentibus eminet Lev. 11, 30; vid. Bochart. in Hieroz.

כָּחַד ut vicin. כָּחַשׁ undè Niph. נִכְחַד; part. f. נִכְחָדֶת, pl. נִכְחָדוֹת; fut. יִכְחַד; 1) *absconditus, celatus est* 2 Sam. 18, 13. Ps. 69, 6 etc. — 2) *excisus, deletus est* Ex. 9, 15. Job 4, 7 etc.

Pih. כִּחֵד; fut. יְכַחֵד; 1) *negavit, abnegavit,* seq. accus. Jes. 3, 9. Job 6, 10. — 2) *celavit, occultavit* Ps. 40, 11. Job 27, 11, seq. acc. rei et מִן vel לְ pers. Jos. 7, 19. Ps. 69, 6 etc.

Hiph. הִכְחִיד; infin. הַכְחִיד; fut. יַכְחִיד, conv. וַיַּכְחֵד; 1) *celavit* Job 20, 12. — 2) *excidit, delevit* Ex. 23, 23. Zach. 11, 8 etc.

כָּחַל pr. forsan *denigravit* quasi carbone, collato vicin. נָחַל, hinc *fuscavit* oculos stibio Eze. 23, 40.

כָּחַשׁ; pr. *mentitus est, fefellit expectationem* (conf. vicin. כָּחַד), hinc metaph. de corpore *defecit* pinguedine, *contabuit* Ps. 109, 24.

Niph. fut. יִכָּחֵשׁ *mentietur, simulabit* Deut. 33, 29.

Pih. כִּחֵשׁ; infin. et imper. כַּחֵשׁ; fut. יְכַחֵשׁ; 1) *negavit* Gen. 18, 15, seq. בְּ pers. et rei *abnegavit* aliquem, liquid Lev. 5, 21, etc. Prov. 30, 9: *e satiatus abnegem*, ellipt. pro *Deum abnegem.* — 2) *mentitus est* Lev. 19, 11 etc. — Metaph. *fefellit* expectationem Hos. 9, 2. Hab. 3, 17. — 3) *simulavit, adulatus est* Ps. 18, 45. 66, 3 etc.

Hithp. fut. pl. יִתְכַּחֲשׁוּ *adulabuntur* 2 Sam. 22, 45. — Deriv. seq.

כַּחַשׁ m. suff. כַּחְשִׁי; pl. כְּחָשִׁים, undè cum suff. כַּחֲשֵׁיהֶם; 1) *mendacium* Hos. 12, 1. Ps. 59, 13 etc.—2) *macies* Job 16, 8.

כְּחָשִׁים m. pl. (pro כַּחֲשִׁים) *mendaces* Jes. 30, 9.

כִּי varius et multiplex exstat hujus vocabuli usus; præcipuæ significationes sunt: 1) pr. forsan ut אֲשֶׁר *qui, quæ, quod* Gen. 3, 19 (conf. vers. 23). 4, 25. Jes. 54, 6. 57, 20. — 2) conj. relat. *quòd,* ὅτι, quæ conjunctio per infin. post verba videndi, audiendi, sentiendi, dicendi, etc. latinè exprimitur, ut Gen. 1, 10: *et vidit Deus* (כִּי) hoc *pulchrum esse,* pr. *quòd pulchrum esset,* etc. — 3) i. q. לֵאמֹר *dicendo,* cùm præmittitur orationi directæ, ut gr. ὅτι (vid. אֲשֶׁר pag. 71) Gen. 4, 25. 2, 24 etc. — 4) *ità ut, ut* (*pour que, en sorte que*) Ex. 3, 11: *quis ego, ut* (כִּי) *Pharaonem adire possim?* Jes. 36, 5. Job 6, 11 etc. — 5) ὅτε, *eo tempore quo, cùm, quandò* Gen. 4, 12. Job 7, 13. Sæpè occurrit formula וַיְהִי כִּי *et accidit, cùm, quandò* Gen. 6, 1. Ex. 1, 10 etc. — 6) ubi apodosin incipit, signif. pr. *tùm* (germ. *dann, so*) Gen. 31, 42. 43, 10. Num. 22, 33 etc. Attamen plura quæ huc attulit Gesenius exempla non apta judicamus, maximè Ex. 22, 22, ubi valet *cùm* (*comme*) et refertur ad interjectam sententiam, vers. tantùm 23 incipiente apodosi per וְחָרָה *tùm exardescet.* — 7) *eò quòd, quoniam, quia* (germ. *weil*) Gen. 3, 14. Jud. 13, 22 etc. כִּי עַל־כֵּן ubicumque occurrit, videtur esse pro עַל־כֵּן כִּי *propterea quòd* (*puisque*), ut

אֲשֶׁר עַל־כֵּן Job 34, 27 ponitur pro עַל־כֵּן אֲשֶׁר. — 8) *sed*, *nam* Gen. 19, 2. Ex. 16, 8 etc. — 9) *quamquàm* Ex. 13, 17. — 10) præpos. quibus adjicitur, in conjunct. pariter atque אֲשֶׁר, convertit, ut: עַל כִּי, יַעַן כִּי *propterea quòd, quia*; עַד כִּי *usquè dùm*; תַּחַת כִּי, עֵקֶב כִּי *pro eo quòd*. — Cum præfix. הֲכִי *an?* (*est-ce que?*) Job 6, 22, *nonne?* (*n'est-ce pas?*) Gen. 27, 36. 29, 15: 2 Sam. 23, 19. — כִּי אִם; 1) tanquàm duæ particulæ quarum utraque suam vim nativam retineat; a) *nam, cùm* vel *si* Ex. 8, 17. Jos. 23, 12 etc. — b) *quòd, cùm* Gen. 47, 18. — c) *sed, si* Thren. 3, 32. — 2) tanquàm una vox ad eamdem sententiam relata; a) *sed* Gen. 32, 29. Num. 24, 22 etc. — b) *nisi* Gen. 32, 27. Ruth 2, 16. Esth. 2, 15 etc. — c) *quòd* vel *si* post jurandi formulas 2 Sam. 15, 21. Jer. 51, 4 etc. — d) *nam* Job 42, 8. Prov. 23. 18.

כִּי m. (pro כְּוִי à rad. כָּוָה) *ustio*, *adustio* Jes. 3, 24.

כִּיד m. undè cum suff. כִּידוֹ *exitium ejus* Job 21, 20. — Rad. כִּיד.

כִּידוֹד m. undè pl. constr. כִּידוֹדֵי *scintillæ* Job 41, 11. — Rad. כדד.

כִּידוֹן m. 1) *jaculum* Jos. 8, 18. Jer. 6, 23 etc. — 2) גֶּרֶן כִּידוֹן n. pr. loci haud procul à Jerusalem 1 Par. 13, 9, qui in loco parall. 2 Sam. 6, 6 גֹּרֶן נָכוֹן dicitur. — Etymon incertum; Bochart repetit à כִּיד.

כִּידוֹר m.* pr. forsan *strages* bellica Job 15, 24. Vulgat. *prælium*. — Rad. כדר i. q. cognat. כזר *sævus*, *atrox*, *crudelis fuit*, ut ex derivatis patet; conf. etiam vicin. גָּזַר et קָצַר.*

כִּיוּן m. Amos 5, 26 n. pr. idoli quod Israëlitæ in deserto coluerunt. Aliis est *Saturnus*, sidus Arabibus et Persis כַּיְוָן dictum, aliis *simulacrum, statua*; sic Vulgat. reddidit, *imaginem idolorum vestrorum*.

כִּיּוֹר et כִּיר; pl. כִּירִים, f. כִּיּוֹרוֹת; 1) *foculus* Zach. 12, 6. — 2) *pelvis*, *lavacrum* Ex. 30, 18: 1 Reg. 7, 38 etc. — 3) *suggestus* 2 Par. 6, 13. — Rad. כור.

כִּילַי et כֶּלַי m. (pro נִכְלַי, נְכֶלַי) *astutus*, *fraudulentus* Jes. 32, 5, 7. — Rad. נָכַל.

כִּילַפּוֹת pl. f. *mallei* vel *bipennes*, Vulgat. asciæ Ps. 74, 6. — Rad. כָּלַף.

כִּימָה f. *Pleiades*, pr. *cumulus* stellarum, ut volunt Amos 5, 8. Job 9, 9. 38, 31. — Rad. כום in arab. 2ª conjug. *cumulavit*; conf. vicin. hebr. עָמַם.

כִּיס m. (forsan pro כָּנִים vid. כוס) *marsupium*, *crumena* Deut. 25, 13. Jes. 46, 6. Prov. 1, 14 etc. — Rad. כָּנַס.

כִּיר m. undè dual. כִּירַיִם forsan *lacus*, *ahenum* coquinarium Lev. 11, 35. Dualis forsan usurpatur forma, quòd simili operculo vas istud instructum erat LXX χυτρόποδες. Aliis est *foramen ollis imponendis idoneum*, al. *foculus constans* duabus partibus. — Rad. כור.

כִּישׁוֹר m. Vulgat. *fusus*; al. *colus* (*quenouille*); al. *verticillum* i. e. *directio fusi* Prov. 31, 19. — Rad. כָּשַׁר.

כָּכָה *sic*, *ità* Ex. 12, 11. Num. 8, 26 etc. — Vulgò ad rabbinicum כָּךְ

contr. ex כָּהָךְ *secundum hoc*, refe-runt, addito ה parag.; al. contr. ex כֹּה וָכֹה *sic* et *sic*, collat. כֹּה וָכֹה.

כֶּבֶר f. (pro כִּרְכָּר, à Pilp. verbi כָּרַר); constr. כֶּבֶר; dual. כִּכְּרַיִם, constr., servatâ terminat. dual. כִּכְּרֵי; pl. m. כִּכָּרִים, constr. כִּכְּרֵי; pl. f. constr. כִּכָּרוֹת; * 1) pr. *arena* quæ ad littus fluminum reperitur; hinc *littus* ipsum, *ripa*. כִּכַּר הַיַּרְדֵּן *arena, ripa Jordanis*, pro quo κατ' ἐξοχήν חַכִּכָּר Gen. 13, 12 etc. Dein generatim *tractus terræ depressior, planities* Neh. 12, 28. — 2) *ponderis* et *mensuræ* genus, undè a) כִּכַּר לֶחֶם *pondus panis* (conf. gall. *un kilogramme de pain*) Ex. 29, 23. Jud. 8, 5 etc. — b) *talentum* sive auri, sive argenti Ex. 38, 25: 1 Reg. 9, 14: 2 Reg. 5, 23 etc. Vulgò intelligunt pr. *orbem, circulum*, indè *terræ tractum ambientem, circumjacentem*, it. *placentam, massam panis rotundam*, andem *talentum, mensuræ* genus *rotundæ*; etymon sanè contortum et nfirmum; cùm *rotunditatis* notionem rbitrariò effingant. Cæterùm vid. quæ diximus in *Le Pentat. avec une traduction française, etc.* Genèse, *pag.* 106, 107. *

כֹּל semel כוֹל (Jer. 38, 8 in Chetib) m. seq. Makkeph כָּל־; cum suff. כֻּלָּם, כֻּלָּנוּ; כֻּלָּא et כֻּלָּה, כֻּלָּהּ, כֻּלָּךְ, כֻּלָּךְ, כֻּלָּהֶם; f. כֻּלָּהֶן, et כֻּלָּהֵנָּה; pr. ubst. *universitas, totum, summa*; ed commodiùs in linguis occident. eddítur adjectivis; hinc 1) seq. substantivo quoquo modo definito, et em unam continuam exprimenti, *totus a, um* (*tout le, toute la*) Gen. 9, 19. 19, 19, 4. Ex. 29, 18: 2 Sam. 9, 9 etc. Ubi substantivis postponitur, quod rarò occurrit, sæpiùs adjicitur suffix. 2 Sam. 2, 9. Job 34, 13 etc. — 2) seq. subst. determinato et res multas, individua multa exprimente, *omnes, omnia* (conf. *tous les hommes, toutes les choses*) Gen. 5, 5. Ex. 32, 25. Jes. 2, 2. Ps. 9, 2 etc. Item, ubi subst. sing. collectivum est, כָּל־הָאָדָם *omnes homines*, כָּל־הַחַיָּה *omnia animalia* Gen. 7, 21. 8, 1. — 3) seq. subst. sing. indeterminato, *ullus, quivis, quodvis omnis generis* (*toute espèce, toute sorte*), Lev. 19, 23. Num. 35, 22. Job 21, 33 etc. Cum negandi partic. לֹא, בְּלִתִּי, אֵין est *nullus, nullum, nihil quicquam* Gen. 3, 1. Ex. 10, 15. Prov. 12, 21 etc.

כָּלָא interdùm formationem suam mutuatur à rad. vicinâ כָּלָה, ut in 2 pers. f. cum suff. כְּלָתְנִי, it. in 3 pl. כָּלוּ; part. pass. כָּלוּא et כָּלָא; imper. cum suff. כָּלָאֵם; fut. יִכְלָא et יִכְלָא cum Segol quod pertinet ad rad. כָּלַה; 1) *clausit, conclusit* Jer. 32, 2. Ps. 88, 9, et intrans. Hag. 1, 10. — 2) *cohibuit, continuit* Jes. 43, 6, seq. acc. pers. Num. 11, 28, seq. מִן sive rei, sive pers. *prohibuit, retinuit* aliquem ab aliquâ re Gen. 23, 6: 2 Sam. 25, 53. Ps. 40, 12 etc.

Niph. fut. יִכָּלֵא *cohibebitur* Gen. 8, 2, pl. יִכָּלְאוּ *prohibebuntur* Ex. 36, 6.

Pih. inf. כַּלֵּא, imper. כַּלֵּה pro כַּלָּא; *cohibuit* Ps. 74, 11. Dan. 9, 24. — Deriv. כְּלִיא, כְּלִיא, כְּלָאִים, מִכְלָאוֹת, מִכְלָאָה et

כֶּלְא m. suff. כִּלְאוֹ ; pl. כְּלָאִים ; pr. *inclusio*, *coercitio*, hinc addito vel omisso בֵּית, *carcer* 2 Reg. 17, 4. 25, 29. Jes. 42, 22. Jer. 52, 33.

כִּלְאָב n. pr. viri 2 Sam. 3, 3.

כִּלְאַיִם dual. pr. *duæ separationes*, *duæ res separatæ*, hinc *duæ res diversæ*, *diversi generis*, *heterogenea* Lev. 19, 19. Deut. 22, 9.—Rad. כָּלָא.

כָּלֵב n. pr. viror. 1) Josuæ comitis Num. 13, 6. Jos. 15, 14 etc. Patronym. כָּלֵבִי 1 Sam. 25, 3. — 2) 1 Par. 2, 18, 19, proquo כָּלוּבַי vers. 9. —3) 1 Par. 2, 50.

כֶּלֶב m. pl. כְּלָבִים ; constr. כִּלְבֵי, suff. כִּלְבֶיךָ ; pr. *canis* Ex. 11, 6. Jud. 7, 5 etc. Metaph. de hominibus sævis et crudelibus Ps. 22, 17, 21, it. per convicium de vilibus 1 Sam. 24, 15: 2 Reg. 8, 13 etc., tandem de *cynædis*, *scortis masculis* Deut. 23, 18.—Rad. כלב.

כָּלָה ; infin. constr. כְּלוֹת ; fut. יִכְלֶה et יִכֶּלֶה forma petita à rad. כָּלָא, apocop. יִכַל, convers. וַיְכַל. Cætera vid. in כָּלָא ; 1) *absolutus*, *perfectus est* ut vicin. כָּלַל, Ex. 39, 32 : 1 Reg. 6, 38, hinc *paratus est* alicui ab aliquo Prov. 22, 8. — 2) *peractus*, *finitus est*, de temporis spatio Gen. 41, 53. Jes. 16, 4. — 3) *consumptus est*, Gen. 21, 15; *absumptus*, *confectus est*, *periit* Jer. 16, 4, etc., *contabuit* Thren. 2, 11. Ps. 69, 4 etc. Ubi de animâ, renibus et oculis dicitur, summum desiderii cruciatum significat Jer. 14, 6. Job 19, 27, et frequenter in Psalm.; *evanuit*, de fumo Ps. 37, 20, de nube Job 7, 9, tempore Ps. 31, 11 etc.

Pih. כִּלָּה, 1 pers. כִּלִּיתִי et כִּלִּיתִי ; part. מְכַלֶּה, f. pl. מְכַלּוֹת ; inf. כַּלֵּה (de כָּלָא vid. in כָּלָא) et כַּלּוֹת ; fut. יְכַלֶּה, convers. וַתְּכַל, cum suff. et ן epenth. תְּכַלֶּנָּה ; 1) *absolvit*, *perfecit* Gen. 2, 2 etc., it. *paravit* alicui malum Prov. 16, 30. — 2) *finivit*, seq. ל *desiit* aliquid facere Gen. 24, 15 etc. — 3) *absumpsit*, *consumsit* (vires) Jes. 27, 10. 49, 4; *delevit*, *perdidit* homines, populos Gen. 41, 30 : 2 Sam. 21, 15; *confecit*, *fecit ut contabesceret* Job 31, 16. Lev. 26, 16; aut *evanesceret*, *interiret* Ps. 78, 33. 90, 9.

Puh. כֻּלָּה et כְּלָה *absolutus*, *finitus est* Gen. 2, 1. Ps. 72, 20.—Deriv. תַּכְלִית, מִכְלוֹת, כְּלָיוֹת, כְּלִי, חֻכְלָה et seq.

כָּלֶה m. undè f. pl. כָּלוֹת *tabescentes* oculi Deut. 28, 32.

כָּלָה f. 1) *perfectio*, *consummatio*, undè adv. *omnino*, *prorsùs*, *planè* Gen. 18, 21. Ex. 11, 1, pleniùs לְכָלָה Eze, 13, 13 : 2 Par. 12, 12.—2) *internecio*, *deletio* Jer. 4, 27. Neh. 9, 31 etc.

כַּלָּה f. suff. f. כַּלָּתֵךְ ; pl. כַּלּוֹת, undè cum suff. כַּלּוֹתֵיכֶם ; 1) *sponsa* à *coronando* dicta Cant. 4, 8 seq. Jer. 2, 32 etc. ; — 2) *nurus* Gen. 38, 11, 24. Ruth. 4, 15. Conf. חָתָן. — Rad. כָּלַל, n. 2.

כֶּלֶא m. *carcer* ut כֶּלְא Jer. 37, 4. 52, 31 in Keri, ubi Chethib refert כְּלִיא. — Rad. כָּלָא.

כְּלוּב m. 1) *corbis*, *canistrum*, *calathus* pomorum Amos 8, 1. — 2)

cavea avium Jer. 5, 27. — 3) n. pr. viror. 1 Chron. 4, 11 etc.—Rad. כלב in arab. *plexuit.*

כְּלֻבַי vid. כָּלֻב.

כְּלוּבַי in Keri כְּלוּחִי nom.pr. viri Esr. 10, 35.

כְּלוּלוֹת fem. plur. undè cum suff. כְּלוּלֹתַיִךְ, *sponsalia tua* Jer. 2, 2.—Rad. כָּלַל, n. 2.

כְּלָה m.; *perfectio*, *absolutio* Job 30, 2 ubi agitur de hominibus quorum manus nihil perficere possunt. Spec. *perfectio dierum*, *ætatis*, *senectus* Job 5, 26. — 2) n. pr. urbis et provinciæ in Assyriâ Gen. 10, 11. —Rad. cognat. כָּלָה.

כְּלִי m. in pausâ כֶּלִי; pl. כֵּלִים, constr. כְּלֵי, cum suff. כֵּלַיִךְ; 1) *supellex* quævis, *vas* Gen. 31, 37. Ez. 3, 22, etc. כְּלֵי גוֹלָה *supellex migratoria* Jer. 46, 19. — 2) *vestis*, *ornatus*, *indumentum*, Lev. 13, 49, 53. Deut. 22, 5. — 3) *navigium* Jes. 18, 2. — 4) *instrumentum* musicum Amos 3, 5: 2 Par. 34, 12, bellicum, *arma* Gen. 27, 3: 1 Sam. 14, 1, etc. Metaph. *artes* fraudulentæ, *consilia* mala Gen. 49, 5. Jes. 32, 7, it. *instrumenta* iræ divinæ Jes. 13, 5. Jer. 50, 25.—Rad. כָּלַד.

כִּלְיַי vid. כִּלְיָי.

כְּלִיא m. *carcer*. Jer. 37, 4. 52, 31 in Chethib. — Rad. כָּלָא.

כִּלְיוֹן m. constr. כִּלְיוֹן; 1) *excilium* Jes. 10, 22. — 2) *tabes* oculorum i. e. anxium desiderium Deut. 28, 65. — Rad. כָּלָה.

כִּלְיוֹן n. pr. viri Ruth 1, 2.

כִּלְיוֹת f. pl., constr. כִּלְיוֹת, suff. כִּלְיוֹתַי; 1) *renes* Ex. 29, 13. Jes. 34, 6. Deut. 32, 14: *renes tritici* sunt grana tritici pinguia (*bien fournis*) quæ renum formam referunt. — 2) meton. *intimus animus*, commotionum cupiditatumque sedes Jer. 11, 20. Ps. 7, 10. Job 19, 27 etc. — Rad. כָּלָה.

כָּלִיל m. constr. כְּלִיל; f. כְּלִילָה undè constr. כְּלִילַת; 1) *perfectus* Eze. 16, 14. Thren. 2, 15, etc.— 2) *totum*, *universitas* Num. 4, 6. Jud. 20, 40, undè adv. *omninò*, *prorsùs* Lev. 6, 15 (22). Jes. 2, 18. — 3) spec. *sacrificium quod totum comburitur*, *holocaustum* Deut. 33, 10. Ps. 51, 21. — Rad. כָּלַל.

כִּלְכָּל n. pr. viri 1 Reg. 5, 11.

כִּלְכֹּל, vid. כוּל.

כָּלַל 1) ut cognat. כָּלָה, undè pl. regul. כָּלְלוּ *perfecerunt*, *absolverunt* Eze. 27, 4, 11. — 2) *coronavit* ut in Syr. Arab. et Æthiop. — Deriv. כֹּל, מִכְלָלִים, מִכְלוֹל, כְּלִיל.

כָּלָל n. pr. viri Esr. 10, 30.

כָּלַם pr. forsan ut in arab. *vulneravit*; hinc Niph. נִכְלַם; part. נִכְלָם, pl. נִכְלָמִים, f. pl. נִכְלָמוֹת; imper. הִכָּלֵם; fut. יִכָּלֵם; 1) *contumeliâ affectus est* 2 Sam. 10, 5: 1 Par. 19, 5. —2) *pudore suffusus est* (*être couvert de confusion*) Jer. 31, 19. Ps. 35, 4 etc., it. *puduit eum* Num. 12, 14, seq. ב vel מִן causæ Ps. 69, 7. Eze. 16, 27, etc. — Fortius est hoc verbum quam synon. בּוֹשׁ.

Hiph. הִכְלִים et הַכְלִים; part. מַכְלִים; infin. הַכְלִים; fut. יַכְלִים; 1) *conviciatus est* 1 Sam. 20, 34. — 2) *ignominiâ*, *injuriâ affecit* Jud. 18,

7 : 1 Sam. 25, 7. — 3) *pudore affecit* Ps. 44, 10. Job 11, 3. Prov. 25, 8.

Hoph. הָכְלַם ; 1) *injuriâ affectus est* 1 Sam. 25, 15. — 2) *pudore suffusus est* Jer. 14, 3. — Deriv. כְּלִמָּה, כְּלִמּוּת.

כִּלְמַד n. pr. loci, ut videtur, in Arabiâ felici Eze. 27, 23.

כְּלִמָּה f. constr. כִּלְמַת ; suff. כְּלִמָּתִי ; pl. כְּלִמּוֹת ; *ignominia, contumelia* Jes. 50, 6. Eze. 16, 54. Ps. 69, 8, etc. — Rad. כָּלַם.

כִּלְמוּת f. id. Jer. 23, 40.

כַּלְנֵה, כַּלְנֹה et כַּלְנוֹ n. pr. forsan *Ctesiphon*, urbs ad Tigrim ab Oriente, cui ab Occidente, opposita erat *Seleucia* Gen. 10, 10. Jes. 10, 9. Amos. 6. 2.

כָּמַהּ *desiderio elanguit* Ps. 62, 3.

כְּמָהּ vid. מָהּ.

כִּמְהָם n. pr. viri 2 Sam. 19, 38, 39, it. כִּמְהָן vers. 41 ; in Chethib כִּמּוֹהָם Jer. 41, 17.

כְּמוֹ vid. מוֹ.

כְּמוֹשׁ n. pr. numinis Moabitarum et Ammonitarum Num. 21, 29. Jer. 48, 7 etc.

כַּמֹּן m. *cuminum* quod sale mixtum condimenti loco erat Jes. 28, 25, 27. — Rad. כמן in Syr. *condivit*, maximè sale.

כָּמַס undè part. pass. כָּמֻס *reconditus, reservatus* Deut. 32, 34.

כָּמַר undè Niph. נִכְמַר ut vicin. ; חָמַר ; 1) *ferbuit, æstuavit*, hinc metaph. *incaluit* seq. אֶל, עַל pers. *erga aliquem* Gen. 43, 20 : 1 Reg. 3, 26, *commota est* misericordia Hos 11, 18. — 2) *adustus est* Thren. 5, 10. — 3) forsan *plexuit, texuit*. — Deriv. מְכַמָּר, מְכַמֶּרֶת, מַכְמוֹר et

כְּמָרִים m. pl. suff. כְּמָרָיו ; *sacrificuli idololatrici* 2 Reg. 23, 5. Hos. 10, 5. Soph. 1, 4.

כְּמָרִירִים vid. מָרִירִים.

כֵּן seq. Makkeph כֶּן־ m. ; pr. part. act. radicis כוּן, *rectus*, metaphor. לֹא־כֵן *non rectum*, i. e. vanum, inane Jes. 16, 6, it. *probus, integer*, undè pl. כֵּנִים *probi* (*gens sûrs*) Gen. 42, 11, 19, 31. — 2) adv. *rectè* Ex. 10, 29 : 2 Reg. 7, 9. Eccl. 8, 10 etc. — 3) οὕτως, *sic, ità* Gen. 1, 7. Ps. 1, 4. Job 5, 27 etc. Sæpè cum præpos. componitur, אַחֲרֵי־כֵן, אַחַר כֵּן *posteà*, בְּכֵן pr. *in tale* conditione ; *sic, tunc*, עַד־כֵּן, עַל־כֵּן *propterea, ideò*, לָכֵן *hucusque ;* de כְּמוֹ־כֵן vid. mox infrà.

כֵּן m. suff. כַּנִּי, כַּנּוֹ ; 1) *locus, munus* (*place*) Gen. 40, 13. Dan. 11, 20 etc. — 2) *basis* Ex. 30, 18. Lev. 8, 11 : 1 Reg. 7, 31 etc. it. *receptaculum mali nautici, modius* Jes. 33, 23. — Rad. כָּנַן.

כֵּן m. Jes. 51, 6 : כְּמוֹ־כֵן *sicut culex, culicis instar ;* veter. interpr. *similiter, eodem modo*, sed languidiùs, et ad parallel. minùs appositè ; pl. כִּנִּים et כִּנָּם *culices*, LXX σκνῖφες, Vulgat. *sciniphes*, culicum genus pungendo molestorum Ex. 8, 12, 13, 14. Ps. 105, 31. Juxta Bochart et Judæos, post Josephum (Antiq.) *pediculi*. — Rad. כָּנַן.

כָּנָה undè Pih. fut. יְכַנֶּה cum suff. יְכַנֶּנְךָ ; 1) *blandè allocutus est, blandè appellavit* aliquem Jes. 44, 5. 45, 4.

— 2) *blanditus est* Job 32, 21, 22. — Deriv. כְּנָוָה

כַּבָּה n. pr. urbis (forsan ejusdem atque בַּלְבָּה, quam lectionem exhibet unus de Rossii codex) Eze. 27, 23.

כַּבָּה Ps. 80, 16, vid. כָּבַן.

כְּנָוָה f. undè pl. cum suff. כְּנָוֹתָיו *collegæ ejus* Esr. 4, 7 in Keri, ubi Chethib כנותו refert.

כִּנּוֹר m. suff. כִּנֹּרִי; pl. m. cum suff. כִּנֹּרֶיךָ; pl. f. כִּנֹּרוֹת, cum suff. כִּנְרוֹתֵינוּ; *cithara* Gen. 4, 21 : 1 Reg. 10, 12. Eze. 26, 13. Ps. 33, 2 etc. — Rad. כנר.

כָּנָיָהוּ n. pr. vid. יְהוֹיָכִין.

כְּנָם m. collect. *culicum copia* Ex. 8, 13, 14. — Rad. כָּנַן.

כָּנַן, ut vicin. כּוּן, *statuit, stabilivit;* hinc imper. cum ה parag. כַּנָּה *stabili* Ps. 80, 16. LXX κατάρτισαι, Vulgat. *perfice;* perpluribus *propago, surculus* est, sed minùs aptè. Fut. conv. cum suff. et נ epenth. וַיְכַנְּנוּ juxtà quasdam lectiones, sed aliæ habent וַיְכוֹנְנוּ regulariter à כּוּן ubi vid.

כְּנַנְיָ n. pr. viri Neh. 9, 4.

כְּנַנְיָה n. pr. viri 1 Par. 15, 27.

כְּנַנְיָהוּ n. pr. viri 1 Par. 31, 12.

כְּנַנְיָהוּ n. pr. viri, ut כְּנַנְיָה.

כָּנַס; part. act. כֹּנֵס; imper. et inf. constr. כְּנוֹס; 1) *collegit, coacervavit* Eccl. 2, 8. 3, 5. Ps. 33, 7. — 2) *congregavit* Esth. 4, 16 : 1 Chron. 22, 2.

Pih. כִּנֵּס; fut. יְכַנֵּס; *congregavit* Eze. 22, 21. Ps. 147, 2 etc.

Hithp. infin. הִתְכַּנֵּס *colligere, involvere se* Jes. 28, 20. — Deriv. מִכְנָסַיִם.

כָּנַע conf. vicin. כָּרַע; hinc Niph. נִכְנַע; infin. et imper. הִכָּנַע; fut. יִכָּנַע; 1) *submisit se, submissè se gessit* 1 Reg. 21, 29 : 2 Par. 12, 7 etc. — 2) *depressus, fractus est* hostis devictus Jud. 3, 30 etc.

Hiph. הִכְנִיעַ; fut. convers. וַיַּכְנַע; *depressit, fregit* aliquem Jes. 25, 5 etc., maximè hostem, eum debellando 2 Sam. 8, 1. Ps. 81, 15 etc. — Deriv. seq.

כְּנָעָה vel כְּנַעֲה f. undè cum suff. f. כְּנָעָתֵךְ *merx tua* Jer. 10, 17; ità vulgò, LXX ὑπόστασις, al. *sarcinæ.*

כְּנַעַן n. pr. 1) *Canaan*, filius Chami Gen. 9, 18 etc. — 2) *Cananæorum regio* Ex. 15, 15, plenè אֶרֶץ כְּנַעַן Gen. 13, 12 etc., it. *gens Cananæa* Jud. 3, 1. Spec. notat a) terram cisjordanensem Num. 33, 51. Jos. 22, 9. — b) Phœnicen Jes. 33, 11. — c) Philistæam Soph. 2, 5. — 3) pro אִישׁ כְּנַעַן *Cananæus* Hos. 12, 8; hinc, cùm Cananæi mercatores essent celeberrimi, *mercator, negociator* quivis. Jes. 23, 8 : כְּנַעֲנֶיהָ *mercatores ejus.*

כְּנַעֲנָה n. pr. viror. 1 Reg. 22, 11 etc.

כְּנַעֲנִי m. f. כְּנַעֲנִית; pl. m. כְּנַעֲנִים; nom. gent. 1) *Cananæus, Cananæi* Gen. 24, 3. Jud. 1, 1 etc. — 2) *mercator* Job 40, 30 (25). Prov. 31, 24.

כָּנַף ut in arab. *texit, operuit.*

Niph. fut. יִכָּנֵף *operiet, occultabit se* Jes. 30, 20 i. e. non amplius in obscuro delitescent doctores vestri; quod optimè convenit hemistichio sequenti : *sed eos perpetuò ob oculos habebitis.* — Indè

כָּנָף c. constr. כְּנַף, suff. כְּנָפוֹ; dual. כְּנָפַיִם, constr. כַּנְפֵי, suff. כְּנָפֶיךָ; pl. כְּנָפוֹת, undè constr. כַּנְפוֹת; 1) *ala*, pr. *operimentum* Gen. 1, 21. Deut. 4, 17 etc. Præmisso בַּעַל, *alam habens*, *avis* Prov. 1, 17. Eccl. 10, 20. Tribuitur exercitibus Jes. 8, 8, vento et auroræ Ps. 18, 11. 139, 9 etc. Metaph. *tutamen*, *protectio* Ruth 2, 12. Ps. 36, 8 etc. — 2) *ora*, *extremitas* vestis, regionis, teeti Num. 15, 38. Job 37, 3. Dan. 9, 27, etc.

כְּנֶרֶת, כִּנֶּרֶת et כִּנְרוֹת n. pr. oppidi in tribu Nephtali, à quo vicinum mare nomen accepit Num. 34, 11. Deut. 3, 17. Jos. 11, 2: 1 Reg. 15, 20.

כֵּס m. *solium* ut כִּסֵּא quod refert cod. Samar. Ex. 17, 16. Ita vulgò, sed quidam, innuente contextu et maximè verbis vers. 15 יְהוָה נִסִּי, legunt נֵס *vexillum*.

כֶּסֶא et כֵּסֶה m. *plenilunium* Prov. 7, 20. Ps. 81, 4. — Rad. כסא, כָּסָה.

כִּסֵּא et כִּסֶּה m. suff. כִּסְאִי (pro כִּסַּאי; pl. כִּסְאוֹת (pro כִּסַּאות); pr. *sella cooperta*, hinc *thronus*, *solium* 2 Sam. 3, 10. Job, 36. etc., *tribunal* judicum Ps. 122, 5. Neh. 3, 7. *cathedra* summi pontificis 1 Sam. 1, 9. 4, 13, *sedes*, *sella* vulgaris 2 Reg. 4, 10. Prov. 9, 14. — Rad. כסא, כָּסָה.

כָּסָה; ut vicin. כָּשָׂה *texit*, *operuit*. Indè part. act. כֹּסֶה Prov. 12, 16, 23; passiv. constr. כְּסוּי חַטָּאָה *tectus peccati*, *cujus peccatum condonatum est* Ps. 32, 1; it. subst. *tegumentum* Num. 4, 6, 14.

Niph. f. in pausâ נִכְסְתָּה; infin. הִכָּסוֹת; *tectus*, *opertus est* Jer. 51, 42. Eze. 24, 8.

Pih. כִּסָּה, 1 pers. כִּסִּיתִי, כִּסֵּיתִי et כִּסֹּתִי; part. מְכַסֶּה, pl. מְכַסִּים, f. מְכַסּוֹת; inf. כַּסּוֹת; imper. pl. כַּסּוּ; fut. יְכַסֶּה, apocop. יְכַס, pl. cum suff. יְכַסֻּמוּ pro יְכַסִּימוּ, mutat radic. ה in י; 1) *texit*, *celavit* seq. acc. vel עַל pers. aut rei quæ tegitur Ex. 10, 5. Job 21, 6, sed. seq. לְ Jes. 11, 9, ubi כַּמַּיִם לַיָּם מְכַסִּים est: *sicut aquæ operientes mare*, collat. Hab. 2, 14, quamquàm al. vertunt: *sicut aquæ maris tegentes* scil. *omnia*. Tegumentum ponitur in Constr. cum accus., vel בְּ tegumenti, Lev. 17, 13. Eze. 24, 7 etc. Metaph. *condonavit* peccatum. Ps. 85, 3. Prov. 10, 12 etc. Ps. 143, 9: אֵלֶיךָ כִּסִּיתִי *apud te occultavi*, prægn. pro: *secretò ab hominibus ad te clamavi*. — 2) intrans. *texit*, *velavit se* Gen. 38, 14. Deut. 22, 12. Jon. 3, 6.

Puh. כֻּסָּה et כֻּסֶּה; part. pl. מְכֻסִּים, f. מְכֻסּוֹת; fut. יְכֻסֶּה; *tectus est*, cum בְּ, vel accus. tegumenti Ps. 80, 11. Prov. 24, 31. Eccl. 6, 4.

Hithp. part. מִתְכַּסֶּה, pl. מִתְכַּסִּים; fut. convers. וַיִּתְכַּס f. תִּתְכַּסֶּה (pro תִּתְכַּסֶּה); *texit*, *obvelavit se*, cum בְּ et accus. tegumenti Jes. 51, 6. Jon. 3, 8 etc. — Deriv. כְּסוּת, סוּת, כֶּסֶת, מִכְסֶה, מְכַסֶּה, et.

כֹּסֶה ut כִּסֵּא q. vid.

כַּסּוּחָה Jes. 5, 25, vid. סוּחָה.

כְּסוּי constr. כְּסוּי, vid. in כָּסָה.

כְּסוּת f. suff. כְּסוּתוֹ pro כְּסוּתוֹ; 1) *tegumentum*, *operimentum* Ex. 21, 20. Job 24, 7 etc. Metaph. Gen. 28, 16: כְּסוּת עֵינַיִם *operimentum oculorum* i. e. ut benè notat Gesenius, munus piaculare alicui datum, ut in aliquâ re

reprehensione dignâ *oculos claudat* i. e. conniveat, seu *munus veniæ impetrandæ causâ datum, placamentum, mulcta;* et sic intelligenda vox כֹּפֶר à LXX usurpata. Plerique *velum, velamen* vertunt, sed parùm feliciter. — 2) spec. *vestis* Deut. 22, 12. — Rad. כָּסָה.

כָּסָה, *amputavit, succidit.* Part. pass. f. כְּסוּחָה Ps. 80, 17, pl. m. כְּסוּחִים Jes. 33, 12.

כְּסִיל m. pl. כְּסִילִים; 1) *stultus, stolidus* Ps. 49, 11. Prov. 1, 32 etc. 2) nom. *sideris celestis,* forsan *Orionis* Amos 5, 8. Job 9, 9. 38, 31.—3) n. pr. oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 30. — Rad. כָּסַל.

כְּסִילוּת f. *stultitia* Prov. 9, 13.

כָּסַל; undè fut. pl. in pausâ יִכְסְלוּ *stulti sunt, desipiunt* Jer. 10, 8. — Deriv. כְּסִיל, כְּסִילוּת et seq.

כֶּסֶל m. suff. כִּסְלִי; 1) *lumbus* Job 15, 27. Plur. כְּסָלִים *lumbi, ilia* Lev. 3, 4. Ps. 38, 8 etc.—2) f. *stultitia* Eccl. 7, 25. — 3) *fiducia, spes* Ps. 78, 7. Prov. 3, 26.

כִּסְלָה f. cum suff. in pausâ כִּסְלָתֵךְ; 1) *stultia* Ps. 85, 9.— 2) *fiducia, spes* Job 4, 6.

כִּסְלֵו m. mensis Hebræorum nonus, à novilunio Decembris incipiens Zach. 7, 1. Neh. 1, 1.

כְּסָלוֹן n. pr. oppidi in tribu Judâ, alibi הַר־יְעָרִים, Jos. 15, 10.

כִּסְלוֹן n. pr. viri Num. 34, 21.

כִּסְלוֹת n. pr. oppidi in tribu Issachar Jos. 19, 18.

כִּסְלוֹת־תָּבוֹר et simplic. תָּבוֹר n. pr. oppidi in radicibus montis Thabor Jos. 19, 12, 22 : 1 Par. 6, 62.

כַּסְלֻחִים pl. n. pr. populi, qui fuit colonia Ægyptiorum Gen. 10, 14 : 1 Par. 1, 12.

כָּסַם; undè infin. absol. כָּסוֹם; fut. pl. יִכְסְמוּ; *totondit* (conf. vicin. גזם) Eze. 44, 28. — Indè.

כֹּסֶמֶת f. pl. כֻּסָּמִים; frumenti species, *spelta, zea* Ex. 9, 32. Jes. 28, 25. Eze. 4, 9.

כָּסַס undè fut. pl. תִּכְסְסוּ *numerabitis, supputabitis* Ex. 12, 4.—Deriv. מִכְסָה, מִכְסָה.

כָּסַף; undè fut. יִכְסַף et יִכְסֹף; 1) pr. *palluit*, ut in chald. — 2) *appetivit, expetivit* Ps. 17, 12. Job 14, 15.

Niph. נִכְסַף; part. נִכְסָף; inf. absol. נִכְסֹף; *desiderio affectus est* Gen. 31, 30. Ps. 84, 3, sed Soph. 2, 1 : חַגּוּי לֹא נִכְסָף *gens sine pudore, impudens,* haud malè nonnulli interpretantur, cùm etiam *pallore* pudor indicetur. — Indè.

כֶּסֶף macs. suff. כַּסְפִּי; pl. כְּסָפִים undè cum suff. כַּסְפֵּיהֶם; 1) *argentum* Ex. 3, 22. Num. 3, 51, it. *siclum argenti,* subaudito שֶׁקֶל Gen. 20, 16. Deut. 22, 19. Hos. 3, 2 etc. —2) *pecunia* Gen. 23, 13. Deut. 23, 20. Meton. *quod pecuniâ comparatum est* Ex. 21, 21. Plur. *argenti frusta, pecuniæ* Gen. 42, 25, 35.

כַּסְפְּיָא n. pr. regionis circa mare Caspium, forsan *Caspia* Esr. 8, 17.

כֶּסֶת f. undè pl. כְּסָתוֹת *pulvini* Eze. 13, 18, 20. — Rad. כָּסָה.

כְּעַל Jes. 59, 18, vid. עָל.

כָּעַס; inf. constr. כְּעוֹס; fut. יִכְעַס; 1) *ægrè tulit* Eccl. 5, 16. Ps. 112, 10 etc.—2) *succensuit* Eze. 16, 42, cum אֶל pers. 2 Par. 16, 10.

Pih. כָּעַס *irritavit* Deut. 32, 21 : 1 Sam. 1, 6.

Hiph. הִכְעִיס; part. pl. מַכְעִיסִים : infin. הַכְעִיס; fut. יַכְעִיס; convers. וַיַּכְעֵס; 1) *mœrore affecit* 1 Sam. 1, 7. Eze. 32, 9 etc.—2) sæpiùs *irritavit* Deut. 31, 29 etc.—Indè

כַּעַס m. plur. suff. כַּעֲסִי, כַּעַסְךָ; pl. כְּעָסִים; 1) *ægritudo*, *mœror* Eccl. 1, 18. Prov. 17, 25. — 2) *ira* Deut. 32, 19 : 2 Reg. 23, 26. Eze. 20, 28.

כַּעַשׂ m. suff. כַּעַשְׂךָ, id. in solo Job 5, 2 etc. —Rad. כעשׂ ut cogn. כָּעַס.

כַּף f. suff. כַּפְּךָ, in pausâ כַּפֶּךָ et כַּפֵּכָה; dual. כַּפַּיִם, constr. כַּפֵּי; pl. כַּפּוֹת; cum suff. כַּפֹּתָיו; pr. ut videtur, *incurvatum*, *cavum*, hinc 1) *vola manûs*, *palma*, rariùs *tota manus* ut Deut. 25, 12, de pede animalium Lev. 11, 27. — *Animam suam in manu posuit* i. e. imminenti periculo se exposuit, vitæ periculum adiit Jud. 12, 3 etc. — Dual. *utraque manus* Ex. 29, 24 etc. Plur. *manus* 1 Sam. 3, 4 etc. it. manus arte factæ, *manubria* Cant. 5, 3.—2) *planta pedis*, *pes* Gen. 8, 9. Deut. 2, 5 etc. —3) *vas concavum*, spec. *acerra* Ex. 25, 29. Num. 7, 84, *cavitas* fundæ, cui lapis imponitur 1 Sam. 25, 29. — 4) *spatha* vel frons palmæ Lev. 23, 40.

כֵּף m. ut chald. כֵּף, כֵּיף et syr. כֵּיפָא; indè pl. כֵּפִים *petræ*, *rupes* Jer. 4, 29. Job 30, 6.

כָּפַה undè fut. יִכְפֶּה אַף Prov. 21, 14 *iram extinguit* ut Vulgat. et symmach., collato præterea vicin. כָּבָה, vel *incurvabit*, *inflectet*, *deprimet*; collat. Hebr. כָּפַף, chald. et talmud. כפא *depressit*, *subegit*; vel tandem *avertet* ut LXX et Syr. collat. arab. كفأ *avertit*, *divertit*.

כִּפָּה f. suff. כִּפָּתוֹ; 1) *frons palmæ*, *palma* Jes. 9, 13. 19, 15 : *palma et juncus* proverbio dicitur de magnis rebus et parvis, nobilibus et ignobilibus. — 2) generatim *frons*, *ramus* Job 15, 32. — Rad. כָּפַף.

כְּפוֹר et כֹּפֶר m. pl. constr. כְּפוֹרֵי; 1) *crater operculo tectus* Esr. 1, 10 etc. — 2) *pruina* Ex. 16, 4. Ps. 147, 16. Job 38, 29. — Rad. כָּפַר.

כְּפִיס m. forsan *cantherius* (*traverse*) Hab. 2, 11. LXX κάνθαρος.— Rad. כפס in syr. *connexuit*.

כְּפִיר m. pl. כְּפִירִים, suff. f. כְּפִירֶיהָ; 1) *pagus* Neh. 6, 2. — 2) *leo juvenis*, jam incipiens solus prædari Jud. 14, 5. Eze. 19, 2, 3 etc. Transl. de hostibus atrocibus Ps. 34, 11 etc. Eze. 32, 2 : *hostis gentium* i. e. grassans inter gentes ; it. de principibus civitatis Eze. 38, 13.—Rad. כָּפַר.

כְּפִירָה n. pr. oppidi Gabaonitarum, posteà Benjaminitarum Jos. 9, 17 etc.

כָּפַל; part. pass. כָּפוּל; *duplicavit* Ex. 26, 6. 28, 16 etc.

Niph. fut. f. תִּכָּפֵל *duplicabitur* Eze. 21, 19 (14). — Indè.

כֶּפֶל m. *duplicatio*, *duplex*. Job 41, 5 : *duplex rictus ejus* i. e. duplici dentium serie munitus.—Dual. כִּפְלַיִם 1) pr. *duæ plicæ*, hinc *complicationes*. Job 11, 6 : *nam complicationes* insunt *sapientiæ* Dei, i. e. sapientia Dei est inextricabilis, vel *duplex* i. e. multiplex, infinita. — 2) *duplum* Jes. 40, 2.

כָּפַן *inflexit, extendit* Eze. 17, 7, ut suadent contextus et vers. veter.; al. ex usu chald. et syr. *esuriit, famelicus fuit;* al. *collegit, congregavit,* ut כנף in Targ. et apud Rabb.—Indè.

כֶּפֶן m. *fames* Job 5, 22 etc.

כָּפַף; part. pass. pl. כְּפוּפִים; inf. כְּפֹף; 1) *curvavit, incurvavit* Jes. 58, 5. Ps. 145, 14. — 2) *incurvavit se* Ps. 57, 7.

Niph. fut. אֶכָּף *incurvabo me,* i. e. me submittam Mich. 6, 6. — Deriv. כִּפָּה, כֶּפֶף.

כָּפַר * *texit, operuit* Gen. 6, 14; vulgò *oblevit,* pice, sed invitâ prorsùs etymologiâ, neque flagitanti contextu. Vid. mox infrà כֹּפֶר *.

Pih. כִּפֶּר; infin. et imp. כַּפֵּר; fut. יְכַפֵּר, cum ה parag. יְכַפֶּרָה; 1) *texit, condonavit* peccatum, seq. accus., vel עַל, vel לְ, it. לְ et בְּעַד pers. Deut. 21, 8. Jer. 18, 23. Ps. 65, 4 etc. — 2) *expiavit* culpam Ex. 32, 30. Lev. 4, 26. Dan. 9, 24 etc., reum i. e. *liberavit* eum *à culpâ* Ex. 30, 15. Eze. 45, 17 etc. — 3) *placavit* aliquem Gen. 32, 21. Prov. 16, 14. — Quoad Deut. 32, 43, sensus est forsan: *et reconciliabit se terra ejus* (Jehovæ) *cum populo ipsius,* collat. Deut. 29, 27.

Puh. כֻּפַּר; fut. יְכֻפַּר; 1) *tectus, obliteratus, deletus fuit* Jes. 28, 18. — 2) *expiata est* culpa Jes. 6, 7 etc., it. *culpâ liberatus est* reus Ex. 29, 33. Num. 35, 33.

Hithp. fut. יִתְכַּפֵּר; Nithpab. נִכַּפֵּר; *expiata est* culpa 1 Sam. 3, 14. Deut. 21, 8. — Deriv. כְּפוֹר, כְּפִיר et seq.

כֹּפֶר m. undè constr. כֹּפַר; pl. כְּפָרִים; *pagus* Cant. 7, 12: 1 Par. 27, 25.

כֹּפַר הָעַמּוֹנִי n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. 18, 24.

כְּפוֹר vid. כִּפּוּר.

כֹּפֶר m. suff. כָּפְרָךְ; pl. כְּפָרִים; 1) * *tegumentum* Gen. 6, 14: vulgò *pix, bitumen,* sed repugnante omninò etymologiâ. Conf. cæterùm quæ adnotavimus in *Le Pentat. avec une traduction française,* etc. Genèse, pag. 35. * — 2) *pagus* 1 Sam. 6, 18.

כִּפֻּרִים m. pl. *expiationes* Ex. 29, 36. Lev. 23, 27 etc.

כַּפֹּרֶת f. *operculum* arcæ fœderis, vulgò *propitiatorium* Ex. 25, 17 etc. בֵּית הַכַּפֹּרֶת *adytum templi* in quo erat arca fœderis 1 Par. 28, 11.

כָּפַשׁ undè Hiph. cum suffix. הִכְפִּישַׁנִי *obruit me* pulvere Thren. 3, 16; conf. vicin. כָּבַשׁ. LXX et Vulg. *cibavit me,* sed è contextu, quia cibandi verba mox præcedunt.

כַּפְתּוֹר m. pl. cum suff. כַּפְתֹּרֶיהָ; 1) *ornamentum* quoddam a) candelabri sacri Ex. 25, 31 etc. Vulgat. *sphærulæ,* Josephus (Antiqq.) *malogranata.* — b) summarum columnarum Amos 9, 1. Soph. 2, 14. — 2) n. pr. regionis Jer. 47, 4. Amos 9, 7, cujus incolæ כַּפְתֹּרִים dicuntur Gen. 10, 14. Deut. 2, 23. — Quoad etymon, vulgò illud deducunt à כָּפַר *texit* et כָּתַר *cinxit, coronavit.*

כַּר pl. m. כָּרִים; 1) *agnus,* pr. *saltator* 1 Sam. 15, 9. Jes. 34, 6 etc. — 2) *agnorum pascuum, pratum* Jes. 30, 23. Ps. 65, 14. — 3) *aries,* machina bellica Eze. 4, 2. 21,

27. — 4) *sella*, *ephippium* Gen. 31, 34. — Rad. כָּרַר.

כָּר m. undè forsan plur. כָּרֵי pro כָּרִים pr. *confossores*, *carnifices*, hinc *satellitum* genus 2 Sam. 20, 23 : 2 Reg. 11, 4, 19.—Rad. כּוּר.

כֹּר m. pl. כֹּרִים ; *mensura* aridorum et fluidorum, eadem atque חֹמֶר 1 Reg. 4, 22 (5, 2). Eze. 45, 14.— Rad. כּוּר vel כָּרַר,

כַּרְבֵּל ut כבל et vicin. חָבַל, כָּבַר, inserto ר; indè Puh. part. מְכֹרְבָּל, *amictus*, *indutus* 1 Par. 15, 27.

כָּרָה ; part. act. כֹּרֶה ; fut. יִכְרֶה, convers. cum suff. et Daguesch forti euphon. וָאֶכְרֶהָ ; 1) ut vicin. אָבַר, נָקַר et קוּר, *fodit* puteum, foveam Gen. 26, 25. 50, 5. Tropicè *insidias fodit*, *struxit* Ps. 7, 16. Job 6, 27. 40, 30. כָּרָה רָעָה *molitus est mala* Prov. 16, 27, sed Ps. 40, 7 : *aures perfodisti mihi* i. e. aures cavatas mihi tribuisti ut audirem leges tuas et juxta eas viverem. Nam aures perfodere, hyperbolicâ ratione est in servitutem mancipare. — 2) ut מָכַר *emit*, *comparavit*, Deut. 2, 6. Hos. 3, 2. —3) *epulatus est*, *epulas instituit* (conf. אָכַל) 2 Reg. 6, 23.

Niph. fut. יִכָּרֶה *fodietur* Ps. 94, 13. — Deriv. מִכְרֶה et

כָּרָה f. pl. constr. כְּרוֹת ; 1) *fovea*, *cisterna* Gen. 26, 5. Soph. 2, 6. — 2) *epulæ* 2 Reg. 6, 23.

כְּרוּב m. pl. כְּרוּבִים et כְּרֻבִים ; 1) *cherubinus*, angelus formam habens compositam ex humanâ, bovinâ, leoninâ et aquilinâ, ut ex Eze. 1, 6, 7 etc. conjicitur. Gen. 3, 25 : 2 Sam. 22, 11 etc. Hinc *figura*, *imago cherubini* arcæ fœderis imposita Ex. 25, 18 seq. 1 Reg. 6, 23 etc. — 2) n. pr. viri Esr. 2, 59 etc, — Etymon incertum ; al. ad כרב in syr. et arab. *aravit*, referunt, vel ob similitudinem quæ Cherubinis cum bobus (*aratoribus*) intercedebat, vel ab *arando*, i. e. *exsculpendo* ; al. transp. litteris ad כרב *equitavit*, *vectus est*, ità ut כְּרוּב sit pr. *jumentum* quod innuit 1 Sam. 4, 4 : 2 Sam. 22, 11. Ps. 18, 11.

כָּרֵי 2 Reg. 11, 4, 19 vid כָּר.

כְּרִית n. pr. rivi 1 Reg. 17, 3.

כְּרִיתוֹת et כְּרִיתֹת f. plur. cum suff. כְּרִיתֹתֶיהָ ; *discissio* conjugii, *divortium* Deut. 24, 1. Jes. 50, 1. Jer. 3, 8. — Rad. כָּרַת.

כַּרְכֹּב m. suff. כַּרְכֻּבּוֹ ; *ambitus*, *circuitus* Ex, 27, 5. 38, 4. — Rad. quadr. כרכב.

כַּרְכֹּם m. *crocus* Cant. 4, 14. — Rad. quadr. כרכם.

כַּרְכְּמִישׁ n. pr. urbis ad Euphratem Jes. 10, 9. Jer. 46, 2 etc.

כַּרְמֹל n. pr. viri Esth. 1, 10.

כִּרְכָּרוֹת f. pl. *dromades*, à cursu *saltabundo* (*galop*) Jes. 66, 20. — Rad. כָּרַר.

כֶּרֶם m. (f. Jes. 27, 2, 3), suff. כַּרְמִי ; pl. כְּרָמִים ; constr. כַּרְמֵי ; suff. כְּרָמֶיהָ ; 1) *ager in horti et arboreti modum cultus* Jud. 15, 5 et forsan Job 24, 18. — 2) spec. *vinea* Ex. 22, 4. Deut, 20, 6 etc. ; plenè כֶּרֶם חֶמֶר *hortus vini* Amos 5, 6. Passim in prophetis *vinea* Israëlitas adumbrat. — Indè denom.

כָּרַם m. undè pl. כֹּרְמִים *vinitores* Jes. 61, 5. Joël 1, 11.—Rad. כרם.

כַּרְמִי 1) n. pr. viror. Gen. 46, 7 etc. — 2) nom. patron. (pro כַּרְמִיי) Num. 26, 6.

כַּרְמִיל m. *coccinum*, *coccineum* 2 Par. 2, 6, 13. 3, 14. — Forsan est à pers. *kerm* vermis, et *âl* rutilus, micans.

כַּרְמֶל m. suff. כַּרְמְלוֹ; 1) *arvum cultum*, *campus ferax* Jes. 29, 17. Jer. 2, 27 etc. — 2) forsan *fruges hortenses*, quæ, quales fuerint, ignoratur Lev. 2, 14. 23, 14: 2 Reg. 4, 42. — 3) n. pr. a) promontorii fertilissimi ad mare mediterraneum Jos. 19, 26: 1 Reg. 18, 19 etc. — b) oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 55: 1 Sam. 15, 12. 25, 5. Nom. gent. כַּרְמְלִי, f. כַּרְמְלִית 1 Sam. 27, 3. 30, 5. — Rad. forsan כֶּרֶם adjecto ל in fine.

כַּרְנַן n. pr. viri Gen. 36, 26.

כַּרְסֵם ferè i.q. כָּסַם à quo dimanat cum ר, ut sæpè, inserto, indè fut. cum suff. et נ epenth. יְכַרְסְמֶנָּה *abscindet*, *vastabit eam* Ps. 80, 14.

כָּרַע part. act. כֹּרֵעַ, pl. כֹּרְעִים, f. כֹּרְעוֹת; inf. constr. et imp. כְּרַע, fut. יִכְרַע, cum ה parag. et in pausâ יִכְרָעָה, *flexit se*, *incurvavit se* genu (conf. vicin. כָּנַע) Jes. 45, 23, de homine *genua flexit*, *procubuit in genua*, expressâ vel non voce *genua* Gen. 49, 9. Jud. 7, 6 etc. De muliere parturiente 1 Sam. 4, 19: adhucdum Æthiopissæ procumbentes in genua parturiunt; it. de homine feminam comprimente Job 31, 10.

Hiph. הִכְרִיעַ; infin. absol. הַכְרֵעַ; imp. cum suff. הַכְרִיעֵהוּ, fut. יַכְרִיעַ; 1) *procumbere fecit*, *prostravit* 2 Sam. 22, 40. Ps. 17, 13 etc. — 2) metaph. *animum depressit*, *vehementer afflixit* Jud. 11, 35.—Indè

כְּרָעַיִם fem. dual.; suff. כְּרָעָיו; *utrumque crus* Ex. 12, 9. Amos 3, 12 etc.

כַּרְפַּס m. *carbasus*, *velum*, *aulæum* ex tenui lino vel gossipio Esth. — Vox exotica.

כָּרַר undè Pilp. part. מְכַרְכֵּר *saltans* 2 Sam. 6, 14.—Deriv. כֶּבֶר, כַּר, כְּרָכָרוֹת.

כֶּרֶשׁ masc. undè כַּרְשׁוֹ *venter ejus* Jer. 51, 34. — Rad. כרשׁ.

כֹּרֶשׁ n. pr. Cyrus, rex Persarum Jes. 44, 28. Esr. 1, 1 etc.

כַּרְשְׁנָה n. pr. viri Esth. 1, 14.

כָּרַת, כָּרָת pro כָּרַתְתָּ; part. act. כֹּרֵת; pl. כֹּרְתִים; passiv. כָּרוּת, constr. כְּרוּת; pl. f. כְּרֻתוֹת; infin. absol. כָּרוֹת, constr. כְּרוֹת; imper. כְּרֹת, sequente Makkeph כְּרֹת־, et cum ה parag. כְּרֹתָה; fut. יִכְרֹת; 1) *secuit*, *cecidit*, *abscidit* ut ligna etc. Ex. 4, 25. Jes. 14, 18 etc. — 2) addito בְּרִית *fœdus pepigit*, quia in fœdere pangendo dissectione animalium utebantur; it. omisso בְּרִית 1 Sam. 20, 16: 1 Reg. 8, 9. Jes. 57, 8: 1 Par. 5, 10. 7, 18.

Niph. נִכְרַת; inf. et imp. הִכָּרֵת; fut. יִכָּרֵת; 1) *excisus est* de arbore Job 14, 7. Frequentiùs transl. *excisus est*, è patriâ, *in exilium actus est* Zach. 14, 2. — 2) *deletus est*, *periit*, de hominibus et rebus Gen. 41, 36. Prov. 2, 22 etc. — 3) *discissus*, *divisus est*, de aquis Jos. 3, 13. — 4) *consumptus*, *assumptus est* cibus Num. 11, 33. — Quoad for-

mulam : וְנִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִיא est pr. *expelletur anima ista* scil. è familiâ suâ, ut Gen. 17, 14, vel ex Israële Ex. 12, 15 etc. Expulsio seu exclusio ista nihil aliud erat quàm *excommunicatio*, ut vocamus, cui interdùm adjungebatur pœna capitis, propter graviora delicta.

Puh. כָּרַת, sed f. in pausâ כָּרֵתָה; *abscissus est* Jud 6, 28. Eze. 16, 4.

Hiph. הִכְרִית; infin. הַכְרִית; fut. יַכְרִית, apoc. יַכְרֵת; 1) *occidit*, *delevit* Lev. 17, 10. Eze. 25, 7 etc.— 2) *subtraxit* benevolentiam 1 Sam. 20, 15.

Hoph. הָכְרַת *excisus est* Joël 1, 9. — Deriv. כְּרִית, כְּרִיתָת et seq.

כְּרֻתוֹת f. pl. *trabes sectæ* 1 Reg. 6, 36. 7, 12.

כְּרֵתִי m. 1) *carnifex*, collect. *carnifices*, satellitum genus quoddam Davidis tempore 2 Sam. 8, 18. 15, 18 etc. — 2) nom. gent. forsan *Philistæus*, saltem australis 1 Sam. 30, 14. Eze. 25, 16. Soph. 2, 5.

כֶּשֶׂב m. pl. כְּשָׂבִים; ut כֶּבֶשׂ *agnus* Gen. 30, 32. Lev. 3, 7 etc. — Rad. כשׂב.

כַּשְׂבָּה f. ut כַּבְשָׂה *agna* Lev. 5, 6.

כֶּשֶׂד n. pr. viri Gen. 22, 22.

כַּשְׂדִּים m. plur. nom. gentil. 1) *Chaldæi*, gens quæ primùm nomadica fuit, deindè Babyloniam coluit. It. *Chaldæa* ipsa Jer. 50, 10. 51, 24, 35; hinc cum ה loc. כַּשְׂדִּימָה *in Chaldæam* Eze. 16, 29. Sensu latiori nomen Chaldæa Mesopotamiam comprehendebat, ut potè à Chaldæis passim habitatam Eze. 1, 3. 11, 24. — 2) *astrologus*, *magus*, quia Chaldæa quasi patria fuit astrologiæ Dan. 2, 2, 4.

כָּשֻׂה, pr. *opertus*, *obductus adipe* (conf. vicin. כָּסָה) Deut. 32, 15.

כַּשִּׁיל m. *securis* Ps. 74, 6, — Rad.

כָּשֵׁל; part. act. כּוֹשֵׁל, plur. f. כּוֹשְׁלוֹת; fut. יִכְשַׁל; 1) *impegit* in viâ Lev. 26, 37. Neh. 3, 3. — 2) *labavit*, *corruit*, *lapsus est* Jes. 31, 3. Ps. 109, 24 etc., it. *fessus*, *debilis fuit* Jes. 5, 27. Ps. 105, 37.

Niph. נִכְשַׁל; part. נִכְשָׁל, plur. נִכְשָׁלִים; infin. cum præf. et suff. בְּהִכָּשְׁלוֹ et בְּכָשְׁלוֹ; fut. יִכָּשֵׁל; 1) *impegit* Prov. 4, 12. — 2) *lapsus est*, maximè transl. Eze. 33, 12. Dan. 11, 19 etc. it. *debilitatus fuit* Zach. 12, 8.

Pih. כְּשֵׁל undè fut. f. תְּכַשֵּׁלִי *labefacies* Eze. 36, 14 in Chethib, sed Keri habet תְּשַׁכֵּלִי *orbabis*.

Hiph. הִכְשִׁיל; inf. הַכְשִׁיל; 1) *labefecit* Thren. 1, 14.—2) *impingere et labi fecit* 2 Par. 25, 8. 28, 23, trop. Mal. 2, 8. Fut. pl. יַכְשִׁילוּ *labi facient* Prov. 4, 16 in Keri, ubi Chethib refert יִכָּשְׁלוּ *corruant*.

Hoph. part. pl. מָכְשָׁלִים *ad corruendum impulsi* Jer. 18, 23.—Deriv. מַכְשֵׁלָה, מִכְשׁוֹל, כַּשִּׁיל et

כִּשָּׁלוֹן m. *lapsus* Prov. 16, 18.

מַלּוּךְ, מַלּוּכִי et מַלִּיכוּ n. pr. viror. Esr. 10, 29 etc.

מְלוּכָה et מְלֻכָה f. *regnum*, *regia lignitas* Ps. 22, 29 etc. עָשָׂה מְלוּכָה *mperium exercuit*, *regnavit* 1 Reg. 1, 7.—Rad. מָלַךְ.

מַלּוּכִי vid. מַלּוּךְ.

מָלוֹן m. constr. מְלוֹן ; *locus ubi ernoctatur*, *diversorium*, *hospigium* Gen. 42, 27. Jes. 10, 29 etc.—Rad. לוּן.

מְלוּנָה f. *tuguriolum* in quo pernoctat horti custos Jes. 1, 8, it. *lectus pensilis*, ex arboribus suspensus Jes. 24, 20.—Rad. לוּן.

מָלַח ; 1) *evanuit* ut fumus (vid. Niph.) sed, quidquid dicant nonnulli, silente etymologiâ. — 2) ut vicin. פָּלַד *fidit*, *dissecuit*, undè מְלָחִים.— 3) denom. à מֶלַח undè fut. תִּמְלַח *sale asperges* Lev. 2, 13.

Niph. נִמְלַח *evanuit* ut fumus Jes. 51, 6.

Puh. part. מְמֻלָּח *salitum*, *salsum* Ex. 30, 35.

Hoph. præt. fem. חָמְלְחַת, infin. חָמְלַח : *sale conspersus*, vel *aquâ salsâ lotus est* infans recens natus Eze. 16, 4.

מֶלַח m. Gen. 19, 26 etc. *mare salis* i. e. mortuum seu lacus Asphaltites Gen. 14, 3 etc. *Fœdus salis* i. e. perpetuum, incorruptibile ut sal Num. 18, 19. — Indè verbum מָלַח, מַלּוּחַ et seq.

מַלָּח m. undè plur. מַלָּחִים *nautæ* Eze. 27, 9 etc.

מְלֵחָה f. *terra salsa*, ideò *sterilis* Ps. 107, 34. Job 39, 6 etc.

מִלָּחִים m. pl. *vestes scissæ*, *dilaceratæ* Jer. 38, 11, 12.—Rad. מָלַח.

מִלְחָמָה f. et 1 Sam. 13, 22 מִלְחֶמֶת; suff. מִלְחַמְתּוֹ ; pl. מִלְחָמוֹת, constr. מִלְחֲמוֹת ; 1) *bellum* Gen. 14, 2 etc., meton. *arma* Ps. 76, 4. — 2) *pugna*, *prœlium* Ex. 13, 17. Job 39, 25.— 3) *felix exitus belli*, *victoria* Eccl. 9, 11.—Rad. לָחַם.

מָלַט 1) ut vicin. פָּלַט, pr. forsan *excidit*, *elapsus est*. — 2) ut in syr. *levit*, *oblevit*. Indè

Niph. נִמְלַט ; part. נִמְלָט, cum ה parag. נִמְלָטָה ; inf. et imp. הִמָּלֵט ; fut. יִמָּלֵט ; 1) *eripuit se*, *evasit* Gen. 19, 19. Prov. 11, 21 etc., rarò *liberatus est* Ps. 22, 6. — 2) *festinanter discessit* 1 Sam. 20, 29.

Pih. מִלֵּט et מִלַּט ; part. מְמַלֵּט ; pl. מְמַלְּטִים ; inf. מַלֵּט, imp. cum ה parag. מַלְּטָה ; fut. יְמַלֵּט ; 1) *excidere*, *elabi fecit*, *eripuit*, *liberavit* è periculo 1 Reg. 1, 12. Job 6, 23 etc. — 2) *exclusit ova*, *peperit* Jes. 34, 15.

Hiph. הִמְלִיט ; 1) *eripuit* Jes. 31. 5.—2) *peperit* 66, 7.

Hithp. fut. conv. cum ה parag. וָאֶתְמַלְטָה Job 19, 20 ubi : *evasi cum cute dentium meorum*, proverb. est, pro : tot tantisque plagis affectus sum, ut vix quidquam sani remanserit in corpore meo ; pl. in pausâ יִתְמַלָּטוּ *proripiunt se, prosiliunt* Job 41, 11. — Indè

מֶלֶט m. *cœmentum* Jer. 43, 9.

מַלְטִיָּה n. pr. viri Neh. 3, 7.

מְלִיכוּ vid. מָלוּךְ.

מְלִילָה f. undè pl. מְלִילוֹת *spicæ* pr. *abscissæ* Deut. 23, 26.—Rad. מָלַל.

מְלִיצָה, מְלִיץ vid. in לוּץ.

מָלַךְ ; part. act. מֹלֵךְ, f. מֹלֶכֶת ; inf. absol. מָלֹךְ, constr. מְלֹךְ, cum suff. מָלְכוֹ ; imp. מְלֹךְ, cum Makkaph מְלָךְ־, f. מָלְכִי Jud. 9, 10 in Keri, ubi Chethib habet מְלוֹכִי ; fut. יִמְלֹךְ ; 1) *rex fuit, regnavit* Jos. 13, 12. Ps. 47, 9 etc. — 2) *rex factus, regnum adeptus est* 2 Sam. 15, 10 etc.

Niph. fut. conv. וַיִּמָּלֵךְ *et consilium iniit* ex usu chald. et syr, Neh. 5, 7.

Hiph. הִמְלִיךְ ; part. מַמְלִיךְ ; inf. et imp. הַמְלִיךְ ; fut. יַמְלִיךְ, conv. וַיַּמְלֵךְ ; *regnare fecit, regem constituit* seq. acc. pers. 1 Reg. 15, 35 etc., לְ 1 Par. 29, 22.—Hoph. הָמְלַךְ *rex constitutus est* Dan. 9, 1.—Deriv. מַמְלָכָה, מַלְכָּה, מַלְכוּת, מַלְכָּה, מַלְכוּת et

מֶלֶךְ m. suff. מַלְכִּי ; pl. מְלָכִים, sed Prov. 31, 3 מְלָכִין, et 2 Sam. 11, 1 כּוֹלְאִים ; constr. מַלְכֵי, suff. מַלְכֵיהֶם, מַלְכֵינוּ ; 1) *rex* Gen. 14, 1 etc. — 2) quandoque *magistratus superior* quivis, *princeps, dynasta* Gen. 36, 31. Deut. 33, 5. Ps. 119, 46. *Rex regum* i. e. rex Babyloniæ Eze. 26, 7. *rex magnus* i. e. rex Assyriæ Jes. 36, 4. — 3) n. pr. viri 1 Par. 8, 35 etc.—Rad. מָלַךְ.

מֹלֶךְ ubique cum artic. הַמֹּלֶךְ it. מַלְכָּם et מַלְכָּם, *Molochus* idolum Ammonitarum probab. *Saturnus* Lev. 18, 21 etc.

מַלְכָּדָה fem. *decipula, tendicula* ; suff. מַלְכַּדְתּוֹ Job 18, 10. — Rad. לָכַד.

מַלְכָּה f. constr. מַלְכַּת, pl. מְלָכוֹת ; *regina* 1 Reg. 10, 10. Esth. 1, 9 etc. — Rad. מָלַךְ.

מַלְכָּה n. pr. mul. Gen. 11, 29 etc.

מַלּוּכָה vid. מְלוּכָה.

מַלְכוּת fem. suff. מַלְכוּתוֹ ; plur. מַלְכֻיּוֹת ; 1) *regnum, imperium regium* Dan. 1, 1. Esth. 1, 9 etc., meton. *ornatus regius* Esth. 5, 1. — 2) *regnum* i. e. regio populusque regi parens Dan. 8, 22. 9, 1 : 2 Par. 21, 17. — Rad. מָלַךְ.

מַלְכִּיאֵל n. pr. viri Gen. 46, 17. Nom. patron. מַלְכִּיאֵלִי Num. 16, 45.

מַלְכִּיָּה et מַלְכִּיָּהוּ n. pr. viror. Esr. 10, 31. Neh. 8, 4 etc.

מַלְכִּי־צֶדֶק n. pr. viri Gen. 14, 18. Ps. 110, 4.

מַלְכָּם n. pr. viri 1 Par. 3, 8.

מַלְכִּי־שׁוּעַ et מַלְכִּישׁוּעַ n. pr. viri 1 Sam. 14, 49 : 1 Par. 8, 33 et

מַלְכָּם n. pr. 1) idoli (vid. מֹלֶךְ) Jer. 49, 1, 3, sed Soph. 1, 5. Amos 1, 15 est *rex eorum*. 2) n. pr. viri 1 Par. 8, 9.

מַלֻּךְ n. pr. ut מֶלֶךְ, 1 Reg. 11, 5 etc.

מַלְכָּן forsan n. pr. ut מֹלֶךְ, 2 Sam. 12, 31 in Chethib, ubi Keri habet מַלְבֵּן.

מַלְכָּת f. *regina*, undè Jer. 7, 18. 44, 17—19: *regina cœli* i. e. vel *luna* vel *Astarte* i. e. Venus planeta.

מַלְכַּת n. pr. mul. 1 Par. 7, 18.

מָלַל 1) *locutus est* poët., part. act. מוֹלֵל Prov. 6, 13.—2) ut vicin. נָמַל, מוּל *abscissus est.*

Pih. מִלֵּל; fut. יְמַלֵּל; *elocutus est* seq. acc. aliquid Ps. 106, 2. Job 8, 2. 33, 2, it. *dixit* Gen. Gen. 21, 7. — וְמוֹלֵל vid. in מול. — Deriv. מִלָּה, מְלִילָה.

מִלַּאי n. pr. viri Neh. 12, 36.

מַלְמָד vel מְלַמֵּד m. undè constr. מַלְמַד הַבָּקָר *stimulus boum* Jud. 3, 31. — Rad. לָמַד.

מָלַץ undè Niph. pl. נִמְלָצוּ *dulcia, suavia sunt* eloquia Ps. 119, 103.

מֶלְצַר m. cum art. הַמֶּלְצַר forsan *promus* Dan 1, 11, 16. Conf. pers. מלשר *præfectus vini*, vel מאלשר *præfectus thesauri.*

מָלַק *ungue secuit, laceravit* (conf. vicin. פָּרַק) Lev. 1, 15. 5, 8; ità veter. interpr. nec obstat quod dicitur 5, 8: וְלֹא יַבְדִּיל; caput enim avis ungue secare poterat sacerdos, quin illud sejungeret.

מַלְקוֹחַ m. 1) *captura, præda* Num. 31, 11. Jes. 49, 24 etc. — 2) dual. מַלְקָחַיִם *ambæ fauces* Ps. 22, 16; ità vulgò, quidam, et forsan rectiùs *utraque mandibula* quâ cibus capitur. — Rad. לָקַח.

מַלְקוֹשׁ m. *pluvia serotina* juxta annum Hebr., sed juxta nostrum *pluvia verna* quæ Martio et Aprili ante messem cadit Deut. 11, 14. Jer. 3, 3 etc. — Rad. לָקַשׁ.

מֶלְקָחַיִם m. dual. 1) *forceps* Jes. 6, 6. — 2) *emunctorium* 1 Reg. 7, 49: 2 Par. 4, 21. — Rad. לָקַח.

מַלְקָחַיִם m. *emunctorium* Ex. 25, 38. Num. 4, 9 etc. — Rad. לָקַח.

מַלְתָּחָה f. *vestiarium* 2 Reg. 10, 22. — Rad. לתח forsan ut vicin. מָתַח *extendit.*

מַלְתִּי n. pr. viri 1 Par. 25, 4.

מִלְתָּעוֹת plur. fem. undè constr. מֶלְתַּעוֹת; it. litteris transpositis, מִתְלָעוֹת; *mordices* poët. pro *dentibus* Joël 1, 6. Ps, 58, 7 etc. — Rad. לתע ut in arab (latagh) *momordit.*

מַמְגֵּרָה f. (cum Daguesch. euphon. in מ) undè pl. מַמְגֵּרוֹת *loca, ædificia* in quibus sunt *granaria* seu *cellæ granariæ* Joël 1, 17. — Denom. est à מְגוּרָה q. v.

מְמַד m. (à rad. מָדַד ut סֶבֶב à מָסַב) *mensura;* pl. cum suff. מְמַדֶּיהָ Job 38, 5.

מְמֻכָן n. pr. viri Esth. 1, 14 etc.

מָמוֹת m. undè pl. מְמוֹתִים, constr. מְמוֹתֵי; 1) *mortes* Jer. 16, 4, Eze. 28, 8. — 2) *interfecti* 2 Reg. 11, 2 in Chethib, ubi in Keri מוּמָתִים. — Rad. מות.

מַמְזֵר m. *spurius, nothus* Deut. 23, 3, et metaph. *extraneus* Zach. 9, 6.— Rad. מזר ut נָזַר, vel זוּר.

מִמְכָּר masc. constr. מִמְכַּר; plur. מִמְכָּרִים; 1) *venditio* Lev. 25, 27, 29, 50.—2) *res vendita* Lev. 25, 25. Eze. 7, 13. — 3) *res venalis* Lev. 25, 24. Neh. 13, 20.—4) *pretium rerum venditarum.* Deut. 18, 8, ubi sensus to-

tius commatis videtur hic esse : omnes Levitæ qui Hierosolymam veniunt, ibi Deo ministrandi causâ, ex æquo participare possunt omnibus quæ ex oblationibus illis obveniunt; non autem tenentur ut alius cum alio dividat, et ea partiatur bona, quæ à majoribus tanquam propria possidet. — Rad. מָכַר.

מִמְכֶּרֶת f. *venditio* Lev. 25, 42.

מַמְלָכָה f. constr. מַמְלֶכֶת; suff. מַמְלַכְתּוֹ; plur. מַמְלָכוֹת, constr. מַמְלְכוֹת; *regnum, imperium* tùm de regiâ dignitate, tùm de regione quæ regi subditur Jos. 10, 2 : 1 Sam. 28, 17 etc. — Rad. מָלַךְ.

מַמְלְכוּת f. undè constr. מַמְלֶכֶת; id. Jos. 13, 12. Jer. 26, 1 etc.

מִמְסָךְ masc. ut מֶסֶךְ, מָזֶג *vinum mixtum* aromatibus Jes. 65, 11. Prov. 23, 30. — Rad. מָסַךְ.

מִן vid. מִן.

מָמֵר m. (à rad. מָדַר, ut כָּסֵס à מָכַס) *mœror* Prov. 17, 25.

מַמְרָא n. pr. viri Gen. 14, 13 etc.

מְמֹרִים m. pl. (cum Daguesch. euph. in מ) *acerbitates* Job 9, 18.— Rad. מָרַר.

מִמְשָׁח m. *expansio.* Eze. 28, 14 : *Cherub extensionis* i. e. *extentus*, alis extensis. — Rad. מָשַׁח

מִמְשָׁל m. *dominatio* Dan. 11, 3, pl. מִמְשָׁלִים *dominatores* 1 Par. 26, 6. — Rad. מָשַׁל.

מֶמְשָׁלָה f. constr. מֶמְשֶׁלֶת; suff. מֶמְשַׁלְתּוֹ; pl. constr. מֶמְשְׁלוֹת, suff. מַמְשְׁלוֹתָיו; 1) *dominatus, dominium* Gen. 1, 16. Ps. 136, 8. — 2) *imperium, ditio* 2 Reg. 20, 13. — 3) *dominatores* 2 Par. 32, 9. — Rad. מָשַׁל.

מִמְשָׁק m. *locus possessus;* undè constr. מִמְשַׁק חֲרוּל *locus urticis occupatus* Soph. 2, 9. — Rad. משק ut vicin. מָשַׁךְ *tenuit, occupavit.*

מַמְתַּקִּים m. pl. *dulcedines* Cant. 5, 16. Neh. 8, 10. — Rad. מָתַק.

מָן m. suff. מָנְךָ vel מַנְךָ; *manna*, cibus Israëlitis in deserto à Deo datus Ex. 16, 31. Neh. 9, 20 etc. — Quoad etymon, probab. מָן in sermone vulgari usurpabatur pro מָה; nam Chaldæis, à quibus Israël. originem ducunt, מָן est *quid?* Huic etymo favet, quòd, ubi cibum istum viderunt, simul exclamarunt מָן הוּא (16, 15) quod sanè *quid istud?* vertendum est, cùm statim adjiciatur *nesciebant enim quid esset illud; et Moses dixit illis : cibus est quem vobis Jehova præbet comedendum.* Tandem hunc sensum habent omnes veter. interpr. Nonnulli recentiores referunt מָן ad rad. מנן i. q. in arab. et vicin. hebr. מָנָה *partitus est impertivit*, et interpretantur *donum*, sed minus rectè.

מִן m. *pars*, undè constr. מִן (q. v. mox infrà); suff. מָנִי, undè cum מִן præf. מִמָּנִי pr. *à parte meâ* (*de ma part*) Eze. 3, 17 etc. Plur. מָנִים et מִנֵּי *fides, chordæ* Ps. 45, 9. 150, 4; constr. מִנֵּי *à, ab, ex*, pr. *à partibus* Jes. 30, 11. — Rad. מָנַן.

מִן et מִ, seq. guttur. מֵ rarò מְ; poët. מִנִּי et מִנֵּי; suff. מִנִּי, in pausâ מִמֶּנִּי, מִמֶּנּוּ, מִמֶּנָּה; (vid. מִן) מִמֶּנִּי, מִמֶּנּוּ, מִמֶּנָּה; (pro מִמֶּנָּנוּ) *à nobis*, et (pro מִמֶּנְּהוּ) *ab illo*: מִמֶּנָּה,

מִמְּךָ, מִמֵּךְ, מִמֶּנּוּ, מִמֶּנָּה, מִמָּכֶם; מִמֶּנָּה. In numeros ferè quibus gaudet hoc vocabulum significatus, quosque è contextu perfacilè dignoscere est, ad seq. tanquàm præcipuos, reducimus; 1) pr. *pars* alicujus rei, utpotè constr. nominis מִן, hinc præp. *partitiva, è, ex, à, ab* Ex. 18, 25. Job 5, 1 etc. — 2) notio *egrediendi, recedendi, amovendi ex* aliquâ re, *ab* aliquo loco, et translatè ad tempus, de termino à quo, *indè ab, ex, post;* hinc usurpatur special. de *materiâ ex* quâ aliquid fit, aliquis prodit, de *ortu*, de *auctore* et *causâ efficiente*, de *instrumento*, de *ratione propter* quam aliquid fit, de *lege, præcepto, ex* quo aliquid fit (conf. lat. *ex* more, *ex* lege, *ex* fœdere) Eze. 7, 27 : 2 Par. 36, 12. Ab istis signif., naturâ duce, deducuntur *procul à* Num. 15, 24. Prov. 20, 3, *absque, sine* Gen. 27, 39. Jes. 14, 19 etc., *præter, exceptò* 2 Sam. 13, 16 : 1 Par. 29, 3. — 3) sensu *comparativo* est *præ, magis quàm* Gen. 19, 9. Jud. 2, 19 etc. — 4) Infinitivo præmissum *propterea quod, quià* Deut. 7, 8, *ex quo*, de tempore 1 Par. 8, 8 etc., sed multò frequentiùs *ità ut non*, et passim ponitur pro מִבְּלִי *ità ut non sim, sis, sit* etc. 1 Sam. 25, 23. Jes. 17, 1. Jer. 48, 2 etc.—5) semel seq. fut. conjunct. *ne* Deut. 33, 11.—Cum præf. לְמִן *indè ab* pr. ut gall. *à partir de* Ex. 9, 18. Jud. 19, 30 etc.

מֵאֵת (ex מִן et אֵת) ut מֵעִם pr. *à propè, è viciniâ* (*d'auprès, d'avec*), hinc simpliciter *à, ab, è, ex* Gen. 8, 8. Ps. 22, 26 etc.

מָנָאוֹת pl. à מָנָת q. v.

מַנְגִּינָה fem. *cantîcum* spec. irrisorium, *dicterium* Thren. 3, 63. — Rad. נָגַן.

מָנָה; part. act. מוֹנֶה; inf. constr. מְנוֹת; imp. מְנֵה; fut. יִמְנֶה; pr., ut innuit Pih., *partitus est, impertivit* (vicin. est מנח), hinc 1) *attribuit, assignavit* Jes. 65, 12.—2) *paravit, constituit* exercitum 1 Reg. 20, 25.— 3) *numeravit, supputavit* Gen. 13, 16. Jer. 33, 13 etc.

Niph. נִמְנָה; infin. הִמָּנוֹת; fut. יִמָּנֶה; *numeratus est* Gen. 13, 16. Eccl. 1, 15, seq. אֶת, *annumeratus est* Jes. 53, 12.

Pih. מִנָּה; imp. apoc. מַן pro מַנֵּה; fut. apoc. יְמַן; 1) *impertivit, assignavit* Dan. 1, 5. Job 7, 3.—2) *constituit* Jon. 2, 1. 4, 6, *jussit, fecit ut* Ps. 61, 8, seq. עַל *præfecit* Dan. 1, 11.

Puh. part. act. מְמֻנִּים *præfecti* 1 Chron. 9, 29. — Deriv. מָנִי, מָנֶת et seq.

מָנֶה m. pl. מָנִים; pr. *pars*, *numerus*, spec. *mina*, pondus centum siclorum, quantùm ex 1 Reg. 10, 17, collat. 2 Par. 9, 16, colligi potest. Eze. 45, 12 : *viginti sicli, quinque et viginti sicli, quindecim sicli erit vobis mina;* al. de triplici minâ, 20, 25 et 15 siclorum intelligunt, al. de unâ 60 siclorum, sed minùs rectè.

מָנָה f. constr. מְנַת; plur. מָנוֹת; suff. מְנָתֶיהָ; 1) *pars, portio* Ex. 29, 26. Neh. 8, 10 etc. — 2) *sors* Jer. 13, 25.

מִנָּה m. undè pl. מִנִּים *partes* i. e. *vices* Gen. 31, 7, 41.

מַנְהָג m. *vectura;* constr. מַנְהַג 2 Reg. 9, 20. — Rad. נָהַג.

מְנַהֲרוֹת f. undè pl. מְנַהֲרֹת forsan *loca ab aquis effossa*, al. *cavernæ* Jud. 6, 2.—Rad. נָהַר.

מָנוֹד m. *agitatio* capitis, gestas irridentium, hinc meton. *objectum irrisionis*; constr. מְנוֹד Ps. 44, 15.—Rad. נוּד.

מָנוֹחַ m. constr. מְנוֹחַ; 1) *locus quietis* Gen. 8, 9. Jes. 34, 14 etc. *Locum quietis quærere* mulieri i. e. matrimonium Ruth 3, 1. — 2) *quies* Thren. 1, 3.—3) n. pr. viri Jud. 13, 2 seq.—Rad. נוּחַ.

מָנוּחָה m. undè pl. cum suff. chald. in pausâ מְנוּחָיְכִי *loca quietis tuæ* Ps. 116, 7. — Rad. נוּחַ.

מְנוּחָה f. et מְנֻחָה; suff. מְנוּחָתִי; pl. מְנוּחוֹת; 1) *locus quietis* Num. 10, 33. Mich. 2, 10 etc., hinc *domicilium* Jes. 11, 10. — 2) *quies* Jer. 45, 3. Ps. 23, 2.—Rad. נוּחַ.

מָנוֹן *soboles*, (vid. נוּן et נִין) ità Hebræi interpr., undè Prov. 29, 21: *delicatè tractans servum suum à puerità, posteà* servus iste *erit* (volet esse) *soboles, filius familiæ*. Vulgat. *contumax*, quasi legisset מָדוֹן *contentio, rixa*, et esset abstractum pro concreto.* Quibusdam est *beneficiorum exprobrator*, collat. arab. منّ (manna) *exprobravit benefacta*; verùm etymon istud, et contextui minùs aptum et longiùs petitum videtur. Itaque si ad arab. dialectum confugiendum sit, malim conferre منّ (mannoun) *dimissio è servitute*, totumque hemistichium exponere: *posteà erit dimissio* i. e. cogeris illum manumittere. Sed præstat Judæorum interpretatio.*

מָנוֹס et מָנוֹס m. suff. מְנוֹסִי; 1) *refugium* Ps. 142, 5. Job 11, 20. — 2) *fuga* Jer. 46, 5.—Rad. נוּס.

מְנוּסָה f. constr. מְנֻסַת; *fuga* Lev. 26, 36. Jes. 52, 12.—Rad. נוּס.

מָנוֹר m. *jugum* pr. *aratorium*, hinc de textorio, dicitur; constr. מְנוֹר 1 Sam. 17, 17 : 2 Sam. 21, 19. — Rad. נִיר.

מְנוֹרָה fem. constr. מְנוֹרַת; plur. מְנֹרוֹת; *vas, receptaculum lucis*, spec. *candelabrum* sacrum Ex. 25, 31 : 1 Reg. 7, 49 etc.—Rad. נוּר.

מְנַזְּרִים m. pl. (cum Daguesch euph. in נ) ut נְזִירִים *principes* Nah. 3, 17.—*Ità vulgò; Maurero (Comment. in Proph. Minores) מ seq. Dag. est pro part. מִן *de*; undè verba מְנַזְּרֵיךְ כָּאַרְבֶּה expedit: «*De principibus tuis* i. e. principum tuorum sunt tam multi *ut locustæ*;» quod nimis contortum videtur. Nobis verò מְנַזְּרִים sunt, non *principes*, sed *secundi à principe*, quemadmodùm מְגָאֵל est *proximus post* גָּאַל. Cæterùm favet huic explanationi orationis series, cùm propheta gradatim àgat primùm de *mercatoribus* (vers. 16), tùm de *proximis à principibus*, tandem de *principibus* ipsis (טַפְסְרֶיךָ).*—Rad. נָזַר.

מִנְחָה f. constr. מִנְחַת; suff. מִנְחָתוֹ; pl. cum suff. מִנְחֹתֵיכֶם; *donum**pr. ab inferiore superiori *adductum, oblatum* Gen. 32, 14 etc.*, hinc spec. *oblatio, sacrificium* Gen. 4, 3, 4, 5, maximè incruentum oppos. זֶבַח, Lev. 2, 1. Jer. 17, 26 etc., it. *tributum* solvendum 2 Sam. 8, 2 etc. — Rad. נָחָה, non autem מנח ut volunt, collat. arab. منح *donavit*.

מְנַחֵם n. pr. viri 2 Reg. 15, 17.

מְנַחַת n. pr. 1) viri Gen. 36, 23.— 2) loci ignoti 1 Par. 8, 6.

מְנִי m. cum artic. n. pr. idoli Jes. 65, 11; plerisque est *luna*, gr. μήνη, quæ priscis gentibus maximè Ægyptiis colebatur ut faustum sidus; al. *Venus;* conf. arab. مَنِيَّة (maniiath) *fatum, fortuna.*—Rad. מָנָה cui origini alluditur Jes. 65, 12.

מְנִי 1) poët. pro מִן addito י parag. Jud. 5, 14. Jes. 46, 3. — 2) n. pr. *Armenia*, vel *Armeniæ provincia* Jer. 51, 27, et juxta quosd. Ps. 45, 9, sed vid. מִן.

מְנִיוֹת vid. מְנָת.

מְנִים vid. מִן.

מְנִימִין vid. מִמָּנִי.

מִנִּית n. pr. oppidi in finibus Ammonitarum Jud. 11, 33. Eze. 27, 17.

מְנֻלָה m. undè Job 15, 29: מְנֻלָם *perfectio eorum;* ità Hebræi, Vulgat. *radix;* Schultens (Comment. in Job) *prosperitas*, collat. arab. نَيْل, نَال, مَنَال *facultates, opes;* quod contextui congruit, sed haud satis firmum est etymon. Suspicatur Gesenius, et haud malè quidem, cum uno codice reponendum מְכֻלָם (à מְכֻלָה i. q. מְכֻלָא) *caula* et poët. *greges eorum.* —Rad. נָלָה.

מָנַע; part. act. מֹנֵעַ; imp. מְנַע; fut. יִמְנַע; 1) *inhibuit, cohibuit* Eze. 31, 15. — 2) *prohibuit, arcuit* Num. 24, 11. Prov. 1, 15. — 3) *denegavit* Gen. 30, 2. Ps. 84, 12 etc.

Niph. נִמְנַע; fut. יִמָּנַע; 1) *cohibitus, retentus est* Jer. 3, 3, *cohiberi se passus est* Num. 22, 16.—2) *ablatus, ereptus est* Job 38, 15.

מַנְעֻלִי m. pl. cum suff. מַנְעֻלָיִךְ; *pessulus, sera* Neh. 3, 3. Cant. 5, 5. — Rad. נָעַל.

מִנְעָל m. undè cum suff. in pausâ מִנְעָלֶךָ id. Deut. 33, 25, sic vers. Arab., favet contextus; vulgò tamen *calceus.*

מַנְעַמִּים m. pl. *deliciæ, cupediæ* Ps. 141, 4. — Rad. נָעַם.

מְנַעֲנְעִים m. pl. instr. music. Vulg. *sistra* 2 Sam. 6, 5.—Rad. נוּעַ *moveri, concuti*, sic gr. σείστρον ἀ σείω *moveo, quatio.*

מִנְקִית f. undè pl. מִנְקִיּוֹת *paterœ libatoriæ* Ex. 25, 29. Num. 4, 7.—Rad. נָקָה.

מִנָּקֹת vid. Hiph. יָנַק.

מְנַשֶּׁה n. pr. viror. Gen. 41, 51 etc. Nom. patron, מְנַשִּׁי Deut. 4, 43.

מָנָת f. pro מָנָאת; pl. מָנָאוֹת et מָנִיוֹת; *pars, portio* Neh. 12, 44, 47. Ps. 11, 6 etc. — Rad. מָנָה.

מַס m. *dissolutus* i. e. calamitatibus *confectus* Job 6, 14.—Rad. מָסַס.

מַס m. pl. מִסִּים; *tributum manibus præstandum, opera serva, angaria* Ex. 1, 11. Jos. 17, 13.—Rad. מָסַס, non autem ut vult Gesenius כָּסַס, vid. quæ dixi in *Le Pentat. avec une traduction française, etc.* Exode, *pag.* 6, 7.—* Adde quòd מָסַס idem valere posse quod rad. vicin. נָשָׂא à quo מַשָּׂא *portatio, onus, donum, tributum.* *

מַסַב m. suff. מְסִבּוֹ; pl. מְסִבִּים, f. מְסִבּוֹת; 1) subst. *triclinium circulare, pulvinaria in orbem posita* more Orientalium Cant. 1, 12. — 2) adv. *circumcircà* 1 Reg. 6, 29. Job 37, 12.

— 3) præp. *circa* 2 Reg. 23, 5. — Rad. סָבַב.

מַסְגֵּר m. pr. part. Hiph. rad. סָגַר, *claudens*, hinc 1) *claustrum*, *carcer* Jes. 24, 22. Ps. 142, 8. — 2) *claustrarius*, *claustra faciens* 2 Reg. 24, 14. Jer. 24, 1 etc.

מְסִגֶּרֶת f. suff. מְסִגַּרְתּוֹ; pl. מְסִגְּרֹת; suff. מְסִגַּרְתֵּיהֶם et מְסִגְּרוֹתָם; 1) *margo* (*rebord*) Ex. 25, 25 seq. 37, 14. —2) pl. *claustra* poët. de urbibus munitis 2 Sam. 22, 46. Mich. 7. Ps. 18, 46, —3) ornamenta in basibus lacûs ænei, forsan *scuti* formam referentia 1 Reg. 7, 28 etc.—Rad. סָגַר.

מַסָּד m. *fundamentum* ædificii 1 Reg. 7, 9. — Rad. יָסַד.

מִסְדְּרוֹן m. (denom. à סֵדֶר) *porticus*, à columnarum *ordinibus* dictus; cum ה locali מִסְדְּרוֹנָה Jud. 3, 23.

מָסָה; ut vicin. מָסַס.

Hiph. הִמְסָה; plur. הִמְסִיו formâ chald. pro הִמְסוּ; fut. יִמְסֶה, conv. וַיִּמַּס cum suff. יְמַסֵּם; *liquefecit*, *dissolvit*, Ps. 6, 7. 39, 12 etc.; trop. *pavorem injecit* Jos. 14, 8.

מַסָּה f. (pro מַנָּסָה) constr. מַסַּת; pl. מַסּוֹת; 1) *tentatio*, *probatio*, de admirandis facinoribus quibus Deus aliquem explorat et excitat Deut. 4, 34 etc. it., *calamitas*, *tentandi* causâ divinitùs demissâ Job 9, 23 — sed 2) *tentatio Dei* i. e. questus contra Deum Ps. 95, 8, undè — 3) n. pr. loci in deserto, ubi Hebræi Jehovam tentârunt et irritaverunt Ex. 17, 7. Deut. 6, 16 etc. it., juxta quosdam, Ps. 95, 8. — Rad. נָסָה.

מַסָּה f. *donum*, *tributum*, etsi alii aliter; constr. מַסַּת Deut. 16, 10. — Rad. מָסַס de quâ adnotata vid. in מַס.

מַסֵּוָה m. *velamen*, *velum* Ex. 34, 33-35. — Rad. סוה.

מְסוּכָה f. *sepes*, *sepimentum* Mich. 7, 4.—Rad. סוּךְ ut vicin. שׂוּךְ.

מַסָּה m. *amotio*, *depulsio* 2 Reg. 11, 6.—Rad. נָסַה.

מִסְחָר m. *mercatus*; constr. מִסְחַר 1 Reg. 10, 15. — Rad. סָחַר.

מָסַךְ; inf. constr. מְסֹךְ; *miscuit* Jes. 5, 22. Ps. 102, 10 etc.—Deriv. מֶמֶךְ et

מֶסֶךְ m. *potus mixtus* Ps. 75, 9.

מָסָךְ m. constr. מָסַךְ; *tegumentum* 2 Sam. 17, 19: spec. *velum*, *aulæum* tabernaculi sacri Ex. 26, 36 etc. — Jes. 22, 8: *retegere velum Judæ* i. e. eum quasi virginem, cui velum removent viri protervi, ignominiæ exponere.—Rad. סָכַךְ.

מַסֵּכָה f. *operimentum*; cum suff. in pausâ מַסֵּכָתֵךְ Eze. 28, 13.—Rad. סָכַךְ.

מַסֵּכָה f. constr. מַסֵּכַת; pl. מַסֵּכוֹת, suff. מַסֵּכֹתָם; 1) *fusura*, *fusio* Ex. 32, 4 etc., meton. *idolum fusum* Deut. 9, 12 etc. — 2) *libatio*, hinc *fœdus* Jes 30, 1.—3) *operimentum* Jes. 25, 7.—Rad. נָסַךְ.

מִסְכֵּן m. *pauper*, *miser* Eccl. 4, 13. 9, 15.—Rad. סָכַן.

מִסְכְּנוּת seu מִסְכֹּנֶת f. *paupertas*, *miseria* Deut. 8, 9.—Rad. סָכַן.

מִסְכְּנוֹת f. plur. per metathes. מִכְנְסוֹת *penaria* Ex. 1, 11 etc. — Rad. כָּנַס.

מַסֶּכֶת f. *stamen*, *tela textoris* Jud. 16, 13, 14.—Rad. נָסַךְ.

מִסְלָה f. constr. מִסְלַת; pl. מִסְלוֹת;

1) *aggesta via*, hinc *via publica* Num. 20, 19. Jes. 40, 3 etc., trop. *vitæ ratio* Ps. 84, 6. Prov. 16, 17. — 2) *gradus*, *scala* 2 Par. 9, 11. — Rad. סָלַל.

מְסִלּוֹת m. *via aggesta* i. e. publica Jes. 35, 8. — Rad. סָלַל.

מְסֻמָּר m. undè plur. מְסֻמָּרִים, מְסֻמָּרִים, f. מְסֻמָּרוֹת *clavi* Jes. 41, 7. Jer. 10, 4 etc. — Rad. סָמַר.

מָסַס *liquefactus est*, *contabuit* (conf. vicin. מָסָה, מָאַס); infin. constr. מְסֹס Jes. 10, 18.

Niph. נָמַס, in pausâ נָמָס, plur. נָמַסוּ; part. נָמָס pro נָמֵס; inf. הִמֵּס; fut. יִמַּס, pl. יִמַּסוּ; 1) *liquefactus est* Ex. 16, 21. Ps. 68, 3, hyperbol. de montibus Jes. 34, 3, de vinculis quæ soluta de manibus decidunt Jud. 15, 14. — 2) *confectus est* pavore Deut. 20, 8. Jos. 2, 11 etc., dolore, mœrore Ps. 22, 15. 112, 10.

Hiph. הֵמַסּוּ *confectum* pavore *reddiderunt* Deut. 1, 28. — Deriv. מָס, תֵּמֶס, מִסָּה, מַס.

מַסָּע m. Job 41, 18: חֲנִית מַסָּע *hasta profectionis, jaculationis, hasta missilis*, oppos. רֹמַח *hastæ* quæ manu tenebatur; ità plerique; quidam חֲנִית h bent in statu absol. et מַסָּע vertunt *telum*, *sagitta* collat. arab. مِسَاع id. à rad. נָסַע *attraxit sagittam in arcu*. — Rad. נָסַע.

מַסָּע m. pl. מַסָּעִים; constr. מַסְעֵי; 1) forsan *lapicidina* 1 Reg. 6, 7: אֶבֶן שְׁלֵמָה מַסָּע *lapis integer* (non cæsus) *lapicidinæ* i. e. lapis qualis è lapicidinâ eruitur. Tamen Vulgat. *lapides dolati*. Syr. *advecti*. — 2) *proficisci*, *movere castra* Num. 10, 2. Deut. 10, 11, *iter* Ex. 40, 38, Num. 10, 12, 28, *statio* agminis Num. 32, 2. — Rad. נָסַע.

מִסְעָד m. *fulcrum* (*épaulement*) 1 Reg. 10, 12. — Rad. סָעַד.

מִסְפֵּד masc. constr. מִסְפַּד; suff. מִסְפְּדִי; *planctus* Gen. 5, 10. Ps. 30, 12 etc. — Rad. סָפַד.

מִסְפּוֹא m. (pro מִסְפּוֹה) *pabulum* (*fourrage*) Gen. 24, 32. Jud. 19, 19 etc. — Rad. סָפָה.

מִסְפַּחַת f. * *eruptio*, *effluvium*, (differt à סַפַּחַת q. v.) Lev. 13, 6-8. * — Rad. סָפַח.

מִסְפָּחוֹת f. pl. suff. מִסְפָּחוֹתֵיכֶם; *pulvilli*, *cervicalia* Eze. 13, 18, 21. — Rad. סָפָה.

מִסְפָּר m. constr. מִסְפַּר; plur. מִסְפָּרִים undè constr. מִסְפְּרֵי; 1) *narratio* Jud. 7, 15. — 2) *numerus* Num. 1, 2 etc. Interdùm adv. *secundùm numerum*, *pro numero* Ex. 16, 16. Job 1, 5. *Homines numeri* i. e. *pauci*, qui facilè numerari possunt Gen. 34, 30. — 3) n. pr. viri Esr. 2, 2, qui etiam מִסְפֶּרֶת Neh. 7, 7. — Rad. סָפַר.

מָסַר undè infin. cum Makkaph מָסַר־; signif. incerta omninò est. Num. 31, 16: *En! istæ fuerunt filiis Israël*..... לִמְסַר־מַעַל בַּיהוָה *ad dandam*, *suppeditandam prævaricationem in Jovam*; ità communiter Hebræi interpr. ex usu chald. Vulgat. *prævaricari fecerunt* quod in idem incidit; al. ex syr. *ut auderent*, *aggrederentur defectionem*; Gesenius, etsi parùm probab. *ad deficiendum*

perfidè à Jehovâ i. q. לְמַעַל מֵעַל quod in locis parall. Num. 5, 6: 2 Par. 36, 14. Eze. 14, 13; suspicans מָסַר idem valere quod מָזַר et נָזַר *separavit, separavit se.*

Niph. fut. conv. וַיִּמָּסְרוּ vulgò *traditi sunt* Num. 31, 5. Vulgat. *dederunt*, vers. arab. Saadiæ cui adstipulatur Gesenius *segregati sunt;* Onkelos et Syr. *delecti*; LXX *enumerati*, quasi legissent וַיִּסָּפְרוּ, vel ex usu Samaritanorum quibus מָסַר est ut hebr. פָּקַד.

מֹסֵרָה f. (pro מַאֲסֵרָה) *vinculum* Eze. 20, 27.—Rad. אָסַר.

מוּסָר m. *admonitio, castigatio* Job 33, 16.—Rad. יָסַר.

מִסְתּוֹר m. *latibulum, refugium* Jes. 4, 6.—Rad. יָסַר.

מִסְתֵּר m. pl. מִסְתָּרִים; *latibulum*, spec. de loco insidiarum Jes. 45, 3. Ps. 10, 9 etc.—Rad. סָתַר.

מַעֲבֶה m. constr. מַעֲבֵה; *densitas* 1 Reg. 7, 46.—Rad. עָבָה.

מַעְבָּר m. undè constr. מַעְבַּר; 1) *locus transeundi*, de vado fluminis Gen. 32, 23, de faucibus montium 1 Sam. 13, 23.—2) *transitus* Jes. 30, 32.—Rad. עָבַר.

מַעְבָּרָה f. plur. מַעְבָּרוֹת; constr. מַעְבְּרוֹת quod etiam absol. Jos. 2, 7 quasi à sing. מַעְבֶּרֶת; *locus transeundi*, spec. *vadum* Jos. 2, 7. Jes. 16, 2, *fauces* montium Jes. 10, 29. — Rad. עָבַר.

מַעְגָּל m. et מַעְגֹל; constr. מַעְגַל; pl. מַעְגָּלִים undè constr. מַעְגְּלֵי; suff. מַעְגָּלֶיךָ; f. מַעְגָּלָה; pl. מַעְגָּלוֹת undè cum suff. מַעְגְּלוֹתָיִךְ, מַעְגְּלוֹתָם; 1) denom. à עֲגָלָה *carrago* munimentum ex plaustris 1 Sam. 17, 20. 26, 5, 7.—2) *orbita* in quâ rotæ volvuntur Ps. 65, 12, hinc—3) *via* ipsa Ps. 140, 6. Prov. 2, 18, trop. *agendi ratio* Ps. 23, 3. Prov. 2, 9 etc.—Rad. עָגַל.

מָעַד; part. act. מוֹעֵד undè pl. constr. מוֹעֲדֵי; fut. יָמֹעַד; *vacillavit, nutavit* Ps. 18, 37. Job 12, 5 etc.—Prov. 25, 19 מוֹעֶדֶת aliis est pro מוֹעֵדֶת part. f. *vacillans*, al. nom. abstr. *vacillatio.*

Hiph. imp. in pausâ הָמְעַד *fac nutare* Ps. 69, 24.

מַעֲדַי n. pr. viri Esr. 10, 34.

מַעַדְיָה et מוֹעַדְיָה n. pr. viri Neh. 12, 5, 17.

מַעֲדָנִים (à rad. עָדַן) undè pl. מַעֲדַנִּים et מַעֲדָנִים; constr. מַעֲדַנֵּי; plur. f. מַעֲדָנוֹת; 1) *deliciæ, voluptas* Prov. 29, 17, hinc adv. *cum voluptate, hilari animo* 1 Sam. 15, 32.—2) *cibi delicati, cupediæ* Gen. 49, 20. Thren. 4, 5.—3) forsan *vincula*, per metathes. pro מַעֲנַדוֹת à rad. עָנַד Job 38, 31: *vincula Pleiadum;* al. tamen *deliciæ Pleiadum* i. e. sidus Pleiadum amœnissimum. Vid. כִּימָה.

מַעְדֵּר m. *sarculum* Jes. 7, 25.—Rad. עָדַר.

מֵעֶה m. undè pl. מֵעִים, constr. מְעֵי; suff. מֵעֶיהָם, מֵעַיִךְ; pr. *viscera*, hinc 1) *intestina* 2 Sam. 20, 8 etc.—2) *venter* Jon. 2, 1 etc., spec. *partes genitales* maris, hinc *prodire è partibus genitalibus alicujus* i. e. ab aliquo nasci Gen. 15, 4 etc., it. *uterus* Gen. 25, 33. Ruth 1, 11 etc. sed *venter*

externus Cant. 5, 14. — 3) *pectus, cor*, hinc trop. *animus intimus* Jes. 16, 11. Ps. 40, 9 etc. — Rad. מעה.

מְעוֹת f. pl. vulgò *scrupi, lapilli*; undè Jes. 48, 19 : *sicut arena semen tuum*, וְצֶאֱצָאֵי מֵעֶיךָ כְּמְעוֹתָיו *et propagines viscerum tuorum* (prognati tui) *sicut propagines lapillorum* scil. arenæ, vel maris (vers. 18); sed Gesenius, haud ineptè, vertit : *ut propagines viscerum ejus* scil. maris, pro pleniore כִּצְאֱצָאֵי מְעוֹתָיו i. e. ut pisces maris in visceribus ejus orti; valente מְעוֹת i. q. מֵעִים, sed formâ femin. translatum usum indicante. — Quoad etymon, conferunt Chald. מְעָא *nummulus, obolus*, forsan *lapillus*, et arab. مَاعِيَة (maghiyaht) sed posterius hoc *dubium conscientiæ*, non autem *lapillum* denotat.

מָעוֹג m. *placenta* 1 Reg. 17, 12. Ps. 35, 16, vid. לָעַג. — Rad. עוג.

מָעוֹז, מָעֹז masc. cum suff. מְעוּזִי, מְעוּזוֹ et מָעֻזִּי, מָעֻזּוֹ pro מָעֹז, pl. מְעוּזִים et מָעוֹזִים; constr. מְעוּזֵי, et resoluto Daguesch in נ more chald. מָעֲזְנֵי, undè cum suff. מָעֲזָנֶיהָ; 1) *locus munitus, munimentum* Jud. 6, 26. Jes. 17, 9 etc., trop. Ps. 60, 9. Prov. 10, 29. De *asylo, refugio* Jes. 25, 4, trop. Ps. 37, 39. 43, 2. — Rad. עָזַז.

מָעוֹךְ n. pr. viri 1 Sam. 27, 2.

מָעוֹן m. constr. מְעוֹן, suff. מְעוֹנוֹ; 1) *habitatio, habitaculum* Deut. 26, 15. Ps. 26, 8, de lustro ferarum Jer. 9, 10 etc., de refugio Ps. 90, 1. — 2) n. pr. a) oppidi in tribu Judâ Jos. 15, 55 etc. — b) gentis arabicæ Jud. 10, 12 etc. quæ etiam מְעוּנִים 2 Par. 26, 7 et in Keri 1 Par. 4, 41 dicitur — c) n. pr. viri 1 Par. 2, 45. — Rad. עון.

בֵּית בַּעַל מְעוֹן vid. מְעוֹן.

מְעוֹנָה et מְעֹנָה f. pl. מְעוֹנוֹת; *habitatio, lustrum, asylum* Deut. 33, 27. Jer. 21, 13. Ps. 104, 22 etc. — Rad. עון.

מְעוּנִים n. pr. 1) gentis arabicæ, vid. מָעוֹן. — 2) viri Esr. 2, 50.

מְעוֹנֹתַי n. pr. viri 1 Par. 4, 14.

מָעוּף m. *caligo, obscuritas*; constr. מְעוּף Jes. 8, 22. — Rad. עוף.

מָעוֹר m. undè מְעוֹרֵיהֶם *pudenda eorum* Hab. 2, 15. — Rad. עור.

מְעוֹז vid. מָעוֹז.

מַעֲזִיָּהוּ et מַעַזְיָהוּ n. pr. viri Neh. 10, 9.

מָעַט undè infin. constr. מְעַט et fut. יִמְעַט, pl. in pausâ יִמְעֲטוּ; 1) pr. forsan ut in arab. et hebr. מָרַט *glaber, nudus*, hinc *politus, acutus fuit*, undè מְעַט. — 2) *paucus fuit* Ex. 12, 4. Neh. 9, 32, *minutus, diminutus fuit* Jes. 21, 17. Ps. 107, 39. Prov. 13, 11.

Pih. מִעֵט *diminutus fuit* Eccl. 12, 3.

Hiph. הִמְעִיט; part. מַמְעִיט; fut. יַמְעִיט; 1) *paucum fecit, minuit* Lev. 25, 16 etc. — 2) *parùm fecit, parùm collegit* Ex. 16, 17, 18 etc., *pauca dedit* Ex. 30, 15. Num. 36, 8. — Deriv. seq.

מְעַט sed מְעַט 2 Par. 12, 7; 1) adj. *paulus, paucus* Num. 13, 18. 26, 54, pl. מְעַטִּים *pauci* Ps. 109, 8. Eccl. 5, 1. — 2) subst. *paulum, paucitas* Gen. 18, 4 etc., hinc *homines paucitatis* i. e. pauci Deut. 26, 5 etc. — 3) adv.

parumper Ps. 8, 6, *paulisper, aliquantisper* Ps. 37, 10. Ruth. 2, 7. מְעַט מְעַט *paulatim* (*peu à peu*) Ex. 23, 30 etc. — Cum כְּ præfix. כִּמְעַט *propè, haud multùm abfuit, quin* Gen. 26, 10 etc., *citò, repentè* Ps. 2, 12 etc., *quàm paucissimè* Prov. 16, 20 etc., sed vid. quæ adnotavi suprà pag. 272 in כְּ.

מָעֵט m. undè fem. מְעֵטָה *polita, acuta*, de gladio Eze. 21, 20, conf. מָרַט vers. 15, 16.

מַעֲטֶה m. *amictus, pallium;* constr. מַעֲטֵה Jes. 61, 3.—Rad. עָטָה.

מַעֲטָפָה f. undè pl. מַעֲטָפוֹת *amicula, tunicæ superiores* et manicatæ, juxta Schrœder (De vestitu mulier. Hebr.) Jes. 3, 22.—Rad. עָטַף.

מְעִי m. (pro מֵעַי) ut עִי *acervus ruderum* Jes. 17, 1.—Rad. עָוָה.

מָעַי n. pr. viri Neh. 12, 36.

מְעִיל m. pl. מְעִילִים *pallium* Ex. 28, 31. Lev. 8, 7 : 2 Sam. 13, 18 etc. —Rad. מָעַל.

מֵעִים vid. מֵעֶה :

מַעְיָן m. constr. מַעְיַן et poët. cum ו parag. מַעְיָנוֹ; suff. מַעְיָנוֹ; plur. מַעְיָנִים, constr. מַעְיְנֵי, cum suff. מַעְיָנַי pl. f. מַעְיָנוֹת, constr. מַעְיְנוֹת; denom. ab עַיִן, 1) *scaturigo* Ps. 84, 7. — 2) *fons* Gen. 7, 11. Ps. 74, 15 etc.

מְעִינִים ut מְעוֹנִים q. v.

מָעֻךְ undè part. pass. מָעוּךְ *compressum* animal i. e. cui compressi sunt testiculi Lev. 22, 24; מְעוּכָה *compressa, impressa, infixa* in terram, de hastâ 1 Sam. 26, 7.

Puh. מֹעֲכוּ *compressa sunt* ubera Eze. 23, 3.

מַעֲכָה et מַעֲכַת n. pr. 1) oppidi et regionis ad radices Hermon Deut. 3, 13 etc. Nom. gent. לַעֲכָתִי Deut. 3, 14 etc. — 2) viror. et mul. Gen. 22, 24 : 1 Reg. 15, 2 etc.

מָעַל; infin. absol. מָעוֹל, constr. מְעֹל, cum suff. מְעָלָם; fut. יִמְעַל et יִמְעֹל; pl. in pausâ יִמְעֲלוּ; *perfidè, fraudulenter egit* Prov, 16, 10. Neh. 1, 8 etc. seq. בְּ pers. maximè Dei, i. e. *prævaricatus est, peccavit* in Deum Deut. 32, 50 etc., seq. בְּ rei *surripuit* aliquid Jos. 7, 1 : 1 Par. 2, 7. — Deriv. מְעִיל et

מַעַל m. suff. מַעֲלִי; *perfidia, prævaricatio* Lev. 5, 15. Job 21, 34 etc.

מַעַל m. (pro מַעֲלֶה) pr. *pars, superior*, hinc cum ה loc. מַעְלָה *sursùm* 1 Reg. 7, 31. Deut. 28, 43 : *sursùm sursùm* i. e. magis magisque sursùm, it. *ulteriùs, plùs* Num. 1, 20 : 1 Sam. 9, 2, *deinceps* 1 Sam. 16, 13. —Cum præf. מִמַּעַל *desuper* Jes. 45, 8, *supernè* Deut. 5, 8 etc. seq. לְ *super, supra* Gen. 22, 9. Dan. 12, 6, *juxta, prope* Jes. 6, 2; לְמַעְלָה *sursùm*, Jes. 7, 11 etc., *supra* Esr. 9, 6, *ulteriùs* 1 Par. 23, 27, seq. מִן *præter* id quod 1 par. 29, 3; מִלְמַעְלָה *desuper, supernè* Gen. 6, 16. Ex. 25, 21 etc. — Rad. עָלָה.

מֵעַל vid. עַל.

מַעַל m. *elatio, elevatio* Neh. 8, 6. — Rad. עָלָה.

מַעֲלֶה m. constr. מַעֲלֵה; pl. cum suff. מַעֲלָיו pro מַעֲלָיו; 1) *locus per quem ascenditur, ascensus* Eze. 40, 31. Neh. 12, 37. — 2) *locus editus,*

spec. *suggestus* Neh. 9, 4, *clivus*, 1 Sam. 9, 11, hinc מַעֲלֵה עַקְרַבִּים *clivus scorpionum* n. pr. loci in Palæstinâ Num. 34, 4 etc. — Rad. עָלָה.

מַעֲלָה f. pl. מַעֲלוֹת ; suff. מַעֲלֹתָו et מַעֲלֹתָהוּ ; 1) *locus per quem ascenditur*, *gradus* 1 Reg. 10, 19 etc., sed 2 Reg. 20, 9. Jes. 38, 8 aliis est *gradus gnomonis*, aliis *gradus* palatii. —2) *locus editus* 1 Par. 17, 17, spec. *contignatio superior*, *eonclave superius* (vel *plate-forme*) domûs apud Orientales Amos 9, 6. — 3) *ascensus*, *ascensio* i. e. profectio in regionem superiorem Esr. 7, 9, metaph. Eze. 11, 5, conf. 38, 10 formulam *ascendit ad cor*. — שִׁיר הַמַּעֲלוֹת in titulis Ps. 120-134, pr. *carmen ascensionum* vel *graduum*, hinc al. carmina quæ canebantur, cum Israëlitæ ad Hierosolymam ascenderent, nimirùm vel ad festa quotannis celebranda, vel cum è Babylonico exilio redirent ; al. carmina quæ sublimi elatâque voce accinerentur ; sed probabiliùs forsan conjectat Gesenius carmina hæc ità appellata fuisse propter numerum rythmumque plurimis conspicuum qui in eo cernitur quòd gradatim quasi progreditur oratio, siquidem vel postrema vel prima antecedentis sententiæ verba ab initio subsequentis repeti solent. Ejusdem generis carminibus adnumerat idem Gesenius carmen Deboræ Jud. 5, 3, 5, 6, 9, 12, 19, 20, 21, 23, 24, 27, 30. — Rad. עָלָה.

מַעֲלִיל Zach. 1, 4 ut seq.

מַעֲלָל m. undè pl. מַעֲלָלִים ; constr. מַעַלְלֵי ; suff. מַעֲלָלֶיךָ *opera*, *facinora* Jer. 7, 5. Ps. 67, 12 etc. — Rad. עָלַל.

מַעֲמָד masc. constr. מַעֲמַד ; suff. מַעֲמָדְךָ, מַעֲמָדוֹ *statio* 1 Reg. 10, 5. Jes. 22, 19 etc. — Rad. עָמַד.

מְעָמָד m. vid. in Hoph. עָמַד.

מַעֲמָסָה f. *onus* Zach. 12, 3. — Rad. עָמַס.

מַעֲמַקִּים m. plur. constr. מַעַמַקֵי ; *loca profunda* Jes. 51, 10. Ps. 69, 3 etc. — Rad. עָמַק.

מַעַן (pro מַעֲנָה) * pr. subst. *clamor* ut יַעַן, ubi vide quæ dixi de etymo ; ubique cum præf. לְ, לְמַעַן *ad clamorem*, *ob clamorem* ; hinc simpl. *ob*, *propter* 2 Reg. 8, 19. Ps. 6, 5 etc. ; et ità cum suff. לְמַעֲנִי, לְמַעַנְךָ, לְמַעֲנֵכֶם, לְמַעֲנָהּ *propter me*, *te* etc. Seq. verbo *eo consilio ut* Ex. 4, 5. Jer. 7, 10. Amos 2, 7 etc., pleniùs לְמַעַן אֲשֶׁר Gen. 18, 19. Jos. 3, 4 etc. — Rad. עָנָה.

מַעֲנֶה m. constr. מַעֲנֵה ; * 1) pr. *clamor*, *τὸ proferre vocem*. Prov. 16, 1 : *hominis est cor disponere*, *sed à Jehovâ* est *clamor* (sermo) *linguæ* i. e. forsan : homo persæpè constituit aliquid dicere, sed Jehova repentè illius mentem et linguam mutat, ità ut longè diversum proloquatur ; conf. Num. 23.* — 2) generatim *dictum*, *verbum* et spec. *responsio*, *responsum* Job 32, 3. Prov. 15, 1. — 3) cum præf. לְ ut לְמַעַן *ob*, *propter* Prov. 16, 4. — Rad. עָנָה.

מַעֲנוֹת f. plur. cum suff. מַעֲנֹתָם ; *sulcus* 1 Sam. 14, 14. Ps. 129, 3 in Chethib. — Etymon latet ; quibusdam est pr. *locus*, *pars* terræ aratro *de-*

pressa et *subacta;* sed hoc longiùs petitum videtur; conf. quæ dixi in rad. עָנָה.

מְעֻנָּה f. vid. מְעוֹנָה.

מַעֲנִית f. id. Ps. 129, 3 in Keri.

מַעַן n. pr. viri 1 Par. 2, 27.

מַעֲצֵבָה f. *dolor* Jes. 30, 11.—Rad. עָצַב.

מַעָצָר m. *securis* Jes. 44, 12. Jer. 10, 3. — Rad. עצר in arab. *securi cecidit.*

מַעְצוֹר masc. *prohibitio*, *impedimentum* 1 Sam. 14, 6. — Rad. עָצַר.

מָעָצָר m. *coërcitio*, *cohibitio* Prov. 25, 28. — Rad. עָצַר.

מַעֲקֶה m. *peribolus*, *septum tectorum* Deut. 22, 8. Plana enim erant, ut nunc sunt tecta domorum in Oriente, et nisi peribolis cincta fuissent, in iis sine periculo ambulare nemo potuisset,—Rad. עקה in arab. *retinuit. detinuit.*

מַעֲקַשִּׁים m. pl. *viæ tortuosæ* Jes. 42, 16. — Rad. עָקַשׁ

מַעַר m. (pro מַעֲרֶה) suff. מַעֲרֵךְ; pr. *locus nudus*, hinc *spatium nudum, vacuum* 1 Reg. 7, 36, it. *pars* corporis *nuda*, *pudenda* Nah. 3, 5. — Rad. עָרָה.

מַעֲרָב m. cum ה loc. מַעֲרָבָה; pl. מַעֲרָבִים; 1) *occidens*, locus, ubi sol occidit Jes. 43, 5. Ps. 75, 7 etc. — 2) *merces* Eze. 27, 9, 13 etc.—Rad. עָרַב.

מַעֲרָבָה f. *occidens* Jes. 45, 6. — Rad. עָרַב.

מַעֲרֶה m. *locus nudus*, *planities*; constr. מַעֲרֵה Jud. 20, 33.—Rad. עָרָה.

מְעָרָה f. constr. מְעָרַת; pl. מְעָרוֹת; *caverna*, *spelunca* Gen. 19, 30 etc., sed Jos. 13, 4 quibusdam est n. proprium loci; Vulgat. *Maara.*—Rad. עור.

מַעֲרוֹת f. plur. forsan *loca nuda*, *planities*, *campi* 1 Sam. 17, 23, in Chethib, ut Keri habet אערכות. — Rad. עָרָה.

מַעֲרִיץ vid. Hiph. rad. עָרַץ.

מַעֲרָךְ m. *dispositio*, *consilium;* pl. constr. מַעַרְכֵי Prov. 16, 1. — Rad. עָרַךְ.

מַעֲרָכָה f. plur. מַעֲרָכוֹת, constr. מַעַרְכוֹת; 1) *dispositio*, *instructio* Ex. 39, 37, spec. *aciei* vel ipsa *acies instructa* 1 Sam. 4, 16 etc.—2) *strues*, *ordo* Lev. 24, 6. Jud. 6, 26.—Rad. עָרַךְ.

מַעֲרֶכֶת f. 1) *strues* Lev. 24, 6 etc. — 2) *acies instructa* 1 Sam. 17, 8. — Rad. עָרַךְ.

מַעֲרֻמִּים m. pl. pr. *nuda* corporis *loca*, hinc *nudi* homines 2 Par. 28, 15.—Rad. עָרֹם.

מַעֲרָצָה f. *terror*, *violentia* Jes. 10, 33.—Rad. עָרַץ.

מַעֲרַת n. pr. loci in montanis Judæ Jos. 15, 59.

מַעֲשֶׂה m. constr. מַעֲשֵׂה; suff. מַעֲשַׂי; מַעֲשֵׂהוּ; pl. מַעֲשִׂים; constr. מַעֲשֵׂי; suff. מַעֲשַׂי; 1) *quæ quis agit*, *facit*, *negotium* (*occupation*) Gen. 47, 3. Ex. 5, 4 etc., hinc *universa agendi ratio* (*conduite*) Ex. 23, 24. Eccl. 4, 3 etc., spec. *mala agendi ratio* Job 33, 17. — 2) *factum*, *facinus* (*fait, action*) in bonam et malam partem Gen. 44, 15. Jud. 2, 10 etc. — 3) *opus* quod quis produxit (*œuvre, ouvrage*) Deut. 4, 28. Jes. 5, 19 etc., metaph. *fructus* rei Jes. 32, 17. —

4) *labore partum quid, res, bona* Ex. 23, 16: 1 Sam. 25, 2. Jes. 26, 12.—Rad. עָשָׂה.

מַעֲשַׂי n. pr. viri 1 Chron. 9, 12.

מַעֲשֵׂיָה et מַעֲשִׂיָּהוּ n. pr. viror. Jer. 21, 1: 1 Par. 15, 18 etc.

מַעֲשֵׂר m. constr. מַעֲשַׂר, suff. מַעַשְׂרוֹ; plur. fem. מַעֲשֵׂרוֹת, suff. מַעֲשְׂרֹתֵיכֶם (denom. à עֶשֶׂר); *decima* Gen. 14, 20 etc.

מַעֲשַׁקּוֹת f. pl. *oppressiones* Prov. 25, 16.—Rad. עָשַׁק.

מֹף Hos. 9, 6, alibi נֹף Jes. 19, 13. Jer. 2, 16, n. pr. *Memphis*, urbs Ægypti percelebris ad Nilum sita.

מִפְגָּע m. *occursus*, *impetus*, sed meton. *is in quem fit impetus* Job 7, 20.—Rad. פָּגַע.

מַפָּה masc. *exspiratio*, *exhalatio*; constr. מַפַּח Job 11, 20.—Rad. נָפַח.

מַפָּח m. *follis* fabrilis Jer. 6, 29. —Rad. נָפַח.

מִפִּיבֹשֶׁת et מְפִבֹשֶׁת n. pr. viror. 2 Sam. 4, 4. 21, 8.

מִפִּים vid. שְׁפוּפָם.

מַפִּיץ m. *malleus* bellicus Prov. 25, 18. Rad. פּוּץ.

מַפָּל m. constr. מַפַּל pl. מַפָּלִים undè constr. מַפָּלֵי; *pars decidua* frumenti, *palea* Amos 8, 6, Job 41, 15: *partes deciduæ carnis ejus* (crocodili) *cohærent* i. e. partes carnis quæ in aliis animantibus decidunt laxiores præ pinguedine, in ipso sunt firmissimæ et inter se coarctissimè connexæ. — Rad. נָפַל.

מִפְלָאָה f. undè pl. constr. מִפְלְאוֹת *mirabiliter facta* Job 37, 16. — Rad. פָּלָא.

מַפְלָגָה f. undè pl. מַפְלָגוֹת *classes* 2 Par. 35, 12. — Rad. פָּלַג.

מַפֵּלָה et מַפָּלָה f. *ruina* Jes. 17, 1. 23, 13. 25, 2. — Rad. נָפַל.

מִפְלָט m. *evasio*, *effugium* Ps. 55, 9. — Rad. פָּלַט.

מִפִּלְצָתוֹ f. suff. מִפַּלְצָתוֹ; *idolum* 1 Reg. 15, 13 etc. — Rad. פָּלַץ.

מִפְלַשׁ m. *libratio*; pl. constr. מִפְלְשֵׁי Job 37, 16.— Rad. פָּלַשׁ ut פָּלַס.

מַפֶּלֶת f. suff. מַפַּלְתֵּךְ, מַפַּלְתּוֹ; 1) *casus*, *ruina* Eze. 26, 15 Prov. 29, 16 etc. — 2) meton. *id quod corruit* Eze. 31, 13, hinc *cadaver* Jud. 14, 8. — Rad. נָפַל.

מִפְעָל masc. *opus*; pl. cum suff. מִפְעָלָיו Prov. 8, 22. —Rad. פָּעַל.

מִפְעָלָה f. id. pl. constr. מִפְעֲלוֹת Ps. 46, 9. 66, 5.

מִפְעַת vid. מִיַּעַת.

מַפָּץ m. *contusio*, *allisio*; suff. מַפָּצוֹ Eze. 9, 2.—Rad. נָפַץ.

מַפָּץ m. ut מֵפִיץ *malleus* Jer. 51, 20.—Rad. נָפַץ.

מִפְקָד m. constr. מִפְקַד; 1) *locus constitutus*, *destinatus* Eze. 43, 21. 2) *recensio*, *lustratio* 2 Sam. 24, 9. — 3) *mandatum* 2 Par. 31, 13.—4) שַׁעַר הַמִּפְקָד n. pr. portæ Jerusalem Neh. 3, 31.—Rad. פָּקַד.

מִפְרָץ m. *portus*; plur. cum suff. מִפְרָצָיו Jud. 5, 17.—Rad. פָּרַץ.

מַפָּרֶקֶת f. *cervix*; suff. מַפָּרַקְתּוֹ 1 Sam. 4, 18.—Rad. פָּרַק.

מִפְרָשׂ m. suff. f. מִפְרָשֵׂךְ; pl. constr. מִפְרְשֵׂי; 1) *expansio* Job 36, 29. — 2) *id quod expanditur*, spec. *velum* navis Eze. 27, 7.—Rad. פָּרַשׂ.

מִפְשָׁעָה f. *pars corporis* à quâ primus motus in *gradiendo* incipit, *coxendix*, *nates* 1 Par. 19, 4, ubi per euphemismum ponitur pro שָׁתוֹת quod in loco parall. 2 Sam. 10, 4 occurrit.—Rad. פָּשַׁע.

מַפְתֵּחַ m. *clavis* Jud. 3, 25. Jes. 22, 22.—Rad. פָּתַח.

מִפְתָּח m. undè constr. מִפְתַּח שִׂפָתַי *apertio labiorum meorum* i. e. quod labia mea proferunt Prov. 8, 6.—Rad. פָּתַח.

מִפְתָּן m. constr. מִפְתַּן; *limen inferius* 1 Sam. 5, 4 etc. Etymon. prorsùs ignotum, etsi Gesenio idem sit rad. inus. פָּתַן, quod in arab. مَتَنَ nempè *validus*, *firmus fuit*.

מִץ vid. מוּץ.

מָצָא, fem. cum suff. מְצָאַתְנוּ, מְצָאַתְכֶם; 2 pers. f. מָצָאת; 1 מָצָאתִי et מָצָתִי; part. act. מוֹצֵא et מֹצֵה; pl. מֹצְאִים, constr. מֹצְאֵי; f. מֹצְאֵת (pro מֹצָאֶת) et מְצֵאת, pl. מְצֵאוֹת; inf. constr. מְצָא, cum suff. מְצָאֲכֶם; imp. מְצָא, pl. f. מְצָאן; fut. יִמְצָא, cum suff. יִמְצָאֵהוּ, cum נ epenth. et ה parag. יִמְצָאֶנָּה, pl. cum suff. et נ antè suff. more Syrorum יִמְצָאֻנִי, יִמְצָאוּנָה; pr. *pertigit*, *pervenit* ad aliquid, seq. עַד Job 11, 7, hinc 1) *assecutus*, *consecutus est*, *obtinuit*, sibi *comparavit*, seq. acc. Gen. 26, 12. Prov. 3, 13 etc.—2) *invenit*, *reperit* aliquem, aliquid, seq. acc. Gen. 2, 20: 1 Sam. 29, 3 etc.—3) *obvenit*, *accidit* alicui, seq. acc. vel לְ pers. Gen. 44, 34. Jes. 10, 10 etc.—4) *suffecit*, *sufficiens fuit* Num. 11, 22. Jud. 21, 14.

Niph. נִמְצָא, 2 p. f. נִמְצֵאת, 1 p. נִמְצֵאתִי; part. נִמְצָא, pl. נִמְצָאִים Esr. 8, 25, alibi נִמְצְאִים f. נִמְצָאָה, pl. נִמְצָאוֹת; infin. הִמָּצֵא, imper. הִמָּצֵא; fut. יִמָּצֵא, plur. יִמָּצוּ quasi à מָצָה; 1) *comparatus*, *acquisitus est* Deut. 21, 17. Jos. 17, 16 etc.—2) *inventus est* Gen. 44, 16. Ex. 22, 3 etc. Hinc *fuit*, *adfuit*, *extitit* (*se trouver*) in aliquo loco Gen. 47, 14. Jer. 41, 3 etc. Sed *inventus est Deus* i. e. *præstò fuit*, *exaudivit* 1 Par. 28, 9.

Hiph. הִמְצִיא, 1 pers. cum suff. absque א, הִמְצִיתִיךָ et cum נ epenth. יַמְצִאֻנִי; pr. *pervenire fecit*, hinc 1) *tradidit* 2 Sam. 3, 8.—2) *tribuit* Job 34, 11.—3) *attulit*, *obtulit* Lev. 9, 12, 13, 18.

מָצָב m. undè constr. מְצַב, cum suff. in pausâ מַצְּבֶךָ; *locus ubi quid consistit*, *satio* Jos. 4, 3, 9, spec. *statio* militum 1 Sam. 13, 23 etc., *munus* alicui *demandatum* (*poste*) Jes. 12, 19.—Rad. נָצַב.

מַצָּב m. *statio militum* Jes. 29, 3.—Rad. נָצַב.

מַצֵּבָה et מַצֶּבָה f. id. 1 Sam. 14, 12. Zach. 9, 8.

מַצֵּבָה f. constr. מַצֶּבֶת; pl. מַצֵּבוֹת; constr. מַצְּבוֹת; suff. מַצֵּבֹתָם; *quid-quid erectum stat*, spec. *cippus* Gen. 28, 18. Ex. 24, 4, *statua*, *simulacrum* idoli 2 Reg. 3, 2. Mich. 5, 12 etc.—Rad. נָצַב.

מְצַבְיָה n. pr. loci 1 Par. 11, 47.

מַצֶּבֶת f. suff. f. מַצַּבְתָּהּ; 1) *cippus* Gen. 35, 14, 20.—2) *statua* 2 Sam. 18, 18.—3) *stirps* Jes. 6, 13.—Rad. נָצַב.

מָצָד m. (à rad. צוד, ut מְעָרָה, à עור); constr. מְצַד; pl. f. מְצָדוֹת; pr. *locus venationis* i. e. locus undè prædam agunt venatores et in quo tutò considere possunt, hinc 1) ut arab. מַצָּאד *vertex* montis, accessu difficilis 1 Sam. 23, 14 etc. — 2) *castellum* montanum, *arx* Jer. 48, 41. 51, 30 : 1 Par. 11, 7.

מָצָה; fut. יִמְצֶה, cum ו convers. וַיִּמְצְ; 1) ut cognat. מָצַץ, *suxit, exsuxit, sugendo exhausit* Jes. 51, 17. Eze. 23, 34. Ps. 75, 9.—2) *expressit* humorem Jud. 6, 38.

Niph. נִמְצָה; fut. יִמָּצֶה; 1) *sugendo exhaustus est* Ps. 73, 10.—2) *expressus est* Lev. 1, 15. 5, 9.

מַצָּה f. pl. מַצּוֹת; 1) *azymum, infermatentum* Ex. 12, 15. Lev. 8, 26 etc. חַג הַמַּצּוֹת *festum azymorum, Pascha* Ex. 23, 15 etc..—Rad. מצץ, sed etymon incertum, quamquàm Gesenius contendit verbum מצץ valere secundariò *dulcis fuit*, et Winerus confert arab. مَصَّ *purum, sincerum.* —2) * vulgò *rixa, jurgium,* sed rectiùs forsan *actio trudendi, pellendi, pulsus, conflictio* (à rad. נָצָה q. v.). Prov. 13, 10 : *tantummodò cum superbiâ datur conflictio* i. e. nihil aliud oritur ex superbiâ, nisi conflictio. Sed Prov. 17, 19 : אֹהֵב פֶּשַׁע אֹהֵב מַצָּה alii vertunt : *diligens prævaricationem diligit rixam* i. e. peccatum rixam parit; alii : *diligit prævaricationem qui litem, jurgium diligit* i. e. vix est ut culpam fugiat qui litigat; ego verò : *quì diligit defectionem, diligit* etiam *conflictionem* i. e. quisquis peccat in socium deficiendo ab ipso, seu eum deserendo, peccat insuper in eum irruendo, sive ipsum trudendo. Conf. rad. פָּשַׁע et נָצָה.*

מַצָּה n. pr. oppidi in tribu Benjamin Jos. 18, 26.

מְצַהֲלָה f. undè pl. constr. מְצַהֲלוֹת; cum suff. f. מְצַהֲלוֹתַיִךְ; *hinnitus* Jer. 8, 16. 13, 27.—Rad. צָהַל.

מָצוֹד masc. constr. מְצוֹד; plur. מְצוֹדִים; 1) *rete venatoris* Eccl. 7, 26. — 2) *arx, munitio* Eccl. 9, 14. — 3) *captura præda* Prov. 12, 12. — Rad. צוד.

מָצוֹד masc. *rete venatoris;* suff. מְצוֹדוֹ Job 19, 6.—Rad. צוד.

מְצוֹדָה fem. suff. מְצוֹדָתָהּ; plur. מְצָדוֹת; 1) *rete* Eccl. 9, 12. — 2) *arx, munimentum* Jes. 29, 7. Eze. 19, 9.—Rad. צוד.

מְצוּדָה f. et מְצָדָה; pl. מְצוּדוֹת; 1) *rete* Eze. 12, 13.—2) *vertex* montis 1 Sam. 22, 4. Job 39, 28, et *castellum* montanum, *arx* 2 Sam. 5, 7, transl. de Dec Ps. 18, 3 etc. — 3) *captura, præda* Eze. 13, 21.—Rad. צוד.

מִצְוָה f. constr. מִצְוַת; pl. מִצְוֹת; suff. מִצְוָתְךָ et מִצְוָתֶךָ, מִצְוָתִי, et מִצְוָתוֹ; *præceptum; mandatum* maximè divinum Lev. 4, 2. Deut. 6, 1. Prov. 7, 1 etc. *Præceptum Levitarum* i. e. quod Levitis ex præcepto debetur Neh. 13, 5.—Rad. צוה.

מְצוּלָה f. undè pl. מְצוּלוֹת *profunditates, profunda* Ex. 15, 5. Neh. 9, 11.—Rad. צול ut vicin. צָלַל.

מְצוּלָה f. pl. מְצוּלוֹת et מְצֻלוֹת id. Jon. 2, 4. Ps. 69, 3 etc.

מָצוֹק *pressura*, *angustiæ* Deut. 28, 53. Jer. 19, 9 etc.—Rad. צוק.

מָצוּק m. *rupes*, *scopulus proeminens* 1 Sam. 14, 5, ita Vulgat. suadetque contextus. Plur. constr. מְצֻקֵי אֶרֶץ, plerisque recentiorum est *fundamenta terræ*, Vulgat. *cardines terræ* 1 Sam. 2, 8.—Rad. צוק.

מְצוּקָה f. plur. מְצוּקוֹת; *angustiæ* Soph. 1, 15. Ps. 107, 6 etc.—Rad. צוק.

מָצוֹר masc. constr. מְצוֹר; 1) pr. *coarctatio*, *pressura*, hinc a) *angustiæ*, *vexatio* Deut. 28, 53. Jer. 19, 19. — b) *obsidio* Eze. 4, 2 etc.— c) *agger obsidentium* Deut. 20, 20. Mich. 4, 14. — d) *munimentum*, *arx* Hab. 2, 1: 2 Par. 32, 10. — 2) n. pr. *Ægypti*, sed magis poëticum quàm alterum מִצְרַיִם q. v. 2 Reg. 19, 24. Jes. 19, 6 etc.—Rad. צור.

מָצוֹר m. *obsidio*; suff. in pausâ מְצוֹרְךָ Eze. 4, 8.—Rad. צור.

מְצוּרָה f. pl. מְצוּרוֹת et מְצָרוֹת; 1) *munitio*, *munimentum* 2 Par. 11, 10. 14, 5, et ipsa *urbs munita* 11, 11.—2) *agger obsidentium* Jes. 29, 3.—Rad. צור.

מַצּוֹת f. ut מַצָּה q. v. suff. in pausâ מַצֹּתֶךָ Jes. 41, 11.

מֵצַח m. suff. מִצְחוֹ; plur. מְצָחוֹת undè constr. מִצְחוֹת; *frons* 1 Sam. 17, 49. Eze. 9, 4 etc.—Etymon latet.

מִצְחָה f. *ocrea* juxtà veteres, sed *frontale* est permultis recentioribus; constr. מִצְחַת 1 Sam. 17, 6.—Etymon ignotum.

מְצִלָּה f. undè pl. מְצִלּוֹת *tintinnabula* equis appensa Zach. 14, 20. — Rad. צלל.

מְצִלָּה f. *locus umbrosus* Zach. 1, 8.—Rad. צלל.

מְצִלְתַּיִם f. undè dual. מְצִלְתַּיִם *cymbala bina*, instr. music. Esr. 3, 10. Neh. 12, 27.—Rad. צלל.

מִצְנֶפֶת f. *tiara*, *cidaris* Ex. 28, 4, 39. Eze. 21, 31.—Rad. צנף.

מֵצַע m. *stratum*, *lectus* Jes. 28, 20.—Rad. יצע.

מִצְעָד m. *incessus*, *gressus*; undè pl. constr. מִצְעֲדֵי; suff. מִצְעָדָיו; Dan. 11, 43 etc.—Rad. צעד.

מִצְעִירָה f. (pro מִן צְעִירָה) *quod propè abest à parvo*, *subparvum*, *parvulum* Dan. 8, 9.—Rad. צער.

מְצַעַר m. constr. מְצַעַר; 1) *parvum*, *exiguum* quid Gen. 19, 20. Job 8, 7, de tempore Jes. 63, 18, de numero 2 Par. 24, 24. — 2) n. pr. montis in orientali jugo Libani Ps. 42, 7.—Rad. צער.

מִצְפָּה m. constr. מִצְפֵּה; 1) *locus editus undè speculantur*, *specula* Jes. 21, 8: 2 Par. 20, 24.—2) n. pr. oppid. a) in tribu Judâ Jos. 15, 38.— b) in Moab. 1 Sam. 22, 3. — c) in tribu Gad Jud. 11, 29. — d) in tribu Benjamin Jos. 18, 26. — e) vallis in finibus septentr. Palæstinæ Jos. 11, 8.—Rad. צפה.

מִצְפֶּה n. pr. oppid. 1) in tribu Benjamin Jud. 21, 1: 1 Sam. 7, 5 etc., quod מִצְפֵּה Jos. 18, 26. — 2) in Galaad Jud. 10, 17. Hos. 5, 1 etc.

מַצְפֻּנִים m. pl. *loca abscondita*; suff. מִצְפֻּנָיו Obad. 6.—Rad. צפן.

מָצַץ undè fut. pl. תָּמֻצוּ; ut cognat. מָצָה *suxit*, *sugendo exhausit* Jes. 66, 11

מְצָקָה f. *fusura*, suff. מְצַקְתּוֹ 2 Par. 4, 3.—Rad. יָצַק.

מֵצַר et מָצַר m. pl. מְצָרִים; constr. מְצָרֵי; *angustiæ, calamitas* Ps. 116, 3. 118, 5. Thren. 1, 3.—Rad. צָרַר.

מְצָרִי, מְצָרִית vid. in seq.

מִצְרַיִם dual., cum ה locali מִצְרַיְמָה; n. pr. *Ægyptus* Gen. 15, 18 etc. Ubi pro incolis sumitur, est masc., ubi verò pro terrâ ipsâ, fem. Nom. gent. מִצְרִי, pl. מִצְרִים Gen. 12, 12, 39, 1; f. מִצְרִית Gen. 16, 1; pl. מִצְרִיּוֹת Ex. 1, 19.

מַצָּרָף m. *vas fusorium, catinus* Prov. 17, 3. 27, 21.—Rad. צָרַף.

מַק et מָק m. *tabes* Jes. 3, 24. 5, 24.—Rad. מָקַק.

מַקָּבָה f. undè pl. מַקָּבוֹת *mallei* 1 Reg. 6, 7 etc.—Rad. נָקַב.

מַקֵּבֶת f. 1) id. Jud. 4, 21. — 2) *locus perfossus, caverna* Jes. 51, 1.

מַקֵּדָה n. pr. oppidi in agris Judæ Jos. 10, 10. 12, 16 etc.

